EXERCITATIONEM ACADEMICAM DE DOTATIONE VIRGINUM NOBILIUM IN POMERANIA IN…

Georg Engelbrecht, Johann Georg : von Collrep, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

PRÆLOQVIUM.

IUſtinianum fuiſſe uxorium multi ex tot ſequiori ſexui indultis privilegiis concludunt. Me verò ex hoc Academico de Virginum juribus ſpecimine, eodem modulo metiri non quidem ſacrilegium; injuſtè tamen eſſet. Patriæ enim utilitatis ratio exigebat à me illa, quæ quotidiana & in communi hominum vita frequentiora ſunt; Virgines verò Pomeranicæ poſtulabant jurium propriorum defenſorem. Huic geminato mandato reluctari haut potui, perpendens, pro Patriæ incremento ſemper eſſe adlaborandum, virginũ verò imperiis tanquam Manlianis fortioribus, ubicunq; obtemperandum. Hinc meam in provinciam ſuſcepi, præſentem tractationem Academici inſtar exercitij, publicæ lucis Facere; Quo vel ſtudia mea hactenus in excolendo Juris ſtud o impenſa, *Mæcenatibus* ſubmiſſè commendem; vel Pomeranicis Virginibus, quarum juribus defendendis me obſtrictum profiteor, meis in Jurisprudentiâ exantlatis laboribus promtisſimè inſerviam. Si verò *Benevole, Lector*, ad palatum tuum non omnia erunt; Spero, quod mihi tan-

quam Pomeraniæ mores & conſuetudines adhuc ex parte ignoranti, facillimè conceſſurus ſis veniam. Nolo autem ſubtili Criticorum judicio hanc Exercitationem ſubmittere, ſed malo cordatis potius Patronis iſtam examinandum ſubjicere: cum illis facilius ſit reprehendere, quam imitari. Hi verò ſemper adhibent æquiſſimum & omni affectu vacuum judicium. A DEO TER OPT. MAX. Solummodò ſupplicibus precibus exoro, ut qui fauſtum ſtudiorum meorum conceſſit auſpicium etiam felicem ſuſcepti laboris ſucceſſum & tandem fortunatum eventum atq; finem largiri velit.

CA

CAPUT I.

DE DOTATIONE VIRGINUM NOBILIUM IN GENERE NECNON DE DOTE FILIARUM ILLUSTRIUM.

SUMMARIA.

INgreſſus Diſputationis n. 1.
Dos ſumitur vel latè vel ſtrictè n. 2.
Virgines Nobiles neceſſariò ſunt dotandæ n. 3.
Reipubl. intereſt mulieres dotes ſalvas habere p. 4.
Dotis conſtituendæ ratio quæ apud Romanos n. 5.
Abſq; dote non facilè nubitur. n. 6.
Dotandi conſuetudo jure eſt introducta n. 7.
Inventa eſt dos ut ſubleventur onera matrimonialia. n. 8.
Non requiritur æqualitas inter dotẽ & donationem propter nuptias n 9. & 10
Matrimonia Principis, ratione ſtatus nituntur n 11.
In quibus rebus conſiſtit dos n. 14. & ſeqq
Filia Principis non terris, ſed pecuniis dotanda. n. 19.
Diminutio bonorum inducit diminutionem dignitatis. n. 20.
Conſuetudo excludens fœminas à Succesſione laudatur. n. 21.
Adducuntur exempla: n. 22. & ſeqq.
Filiabus debetur dos congrua. n. 24.
Dos immodica eſt noxia, n. 25.
Quæ dos legitima n. 27.
Inter illuſtres non conſideratur dotis quantitas n. 28.
Conſultum eſt dotis quantitatem in familiis Principum eſſe determinatam n. 29
Adducuntur exempla. n. 30. & ſeqq.
An dotatio Principis incumbat domanio Principis, an ex ſubditorum loculis fieri debeat n. 42.
Adſeruntur rationes pro adſirmativa n. 43.
Negativa adſtruitur n. 44.
Subditi ſolvunt collectas Ma[illegible] itagit vel precario n. 45.
Vel ex certâ conſuetudine n. 46.
Vel conventione aut pacto. n. 47.
Adducuntur Exempla n. 48. & ſeqq.
An primogenitus Princeps posſit ſubditos collectare pro maritandis Appanagiatorum fratrum filiabus n. 51. & ſeqq.
An Appanagiati ipſi collectare posſint ſubditos. n 55. & 56.
An virgo formoſa minorem dotem accipere debeat quã deformis n. 59
An prægnata virgo ſit ducenda an vero dotanda n. 61 & 62

THES. I.

1 PRropoſiti noſtri ratio non exigit vocum &
verborum ſollicitudinem. Non enim operæ pretium duximus, circa talia, quæ nobis vel parvam, vel penitus nullam in foro
utilitatem præſtant, diu morari. Sicco tamen pede vix licebit præterire quod vocabulum dotis ſoleat continere duplicem Significatum; Nempè ſumitur vel *latè* vel *ſtrictè*. Priori reſpectu dos appella-
2 tur Ausſteuer & comprehendit omnia, quæ ad elocationem liberorum conferuntur, unde dotem, donationem propter Nuptias, Veſtimenta, aliaq; ornamenta nuptialia, impendia nuptiarũ & ſimilia complectitur. Poſtremo ſignificatu dicitur dos Ehegeld & continet ſaltem ea quæ ad dotem ſolummodo referuntur. In his tamen obvenientibus caſibus magis eſt ad ſententiam loquentium, quam ad verba reſpiciendum *l. 7. §. fin. ff. de ſupell. legat.* Verba enim ſi res aliter ſe habet, fidem rei non perſtringunt, *l. 6. C. de teſtam: Mev. p. 7. deciſ. 24.*

II.

Virgines Nobiles autem quod attinet, ut conju-
3 galis voti & deſiderij compotes ſint, neceſſario è-
runt dotandæ. Reipubl. enim quam maximè conſu-
4 litur, ſi dotes mulieribus conſerventur *l. 2. ff. de jur. dot.* cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam replendamq; liberis Civitatem maximè di-
4 citur neceſſarium *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Prima autem dotis conſtituendæ ratio in Rom. Republica exinde

exinde fluxiſſe videtur. Quod Mulier indotata vulgo contemtim habita fuerit, ex quo contemtu poſteà miſeranda maritalis affectionis abalienatio ſubſecuta eſt. Mariti enim amor facilè extingvibilis eſt, ſi pro ferendis matrimonii præſertim infortunati oneribus nihil quicquam à parte uxoris ipſi concederetur levaminis. Præterà abſq; dote non facilè nubitur, ſi non nubitur, non ſunt matrimonia, 6
ubi non ſunt matrimonia, ibi nec extinguitur ignis libidinis, neq; ſperatur procreatio ſobolis, neq; conſervatio Eccleſiæ Nam fieri vix poteſt ut naturæ impetus vel ſuſtineatur, vel ſine peccato reſtringvatur, niſi mediante conjugio. Hinc Apoſtolus vocat conjugium; remedium Uſtionis, tum videlicet adhibendum quando incontinentia incipit luxuriare. Sic certum quoq; eſt, Genus humanum & Eccleſiam Dei brevi peſſum ituram, ſi deficeret ſobolis procreatio. Ut ergo huic pernitioſo malo auſpicatum re- 7
medium quæreretur, jure introducta eſt dotandæ filiæ conditio *l. 2. ff. de jur. dot. l. 19. ff. d. R. Nupt. l. 7. C. de dot. promiſs.*

III.

Itàq; ad ſublevanda matrimonii onerà eſt in- 8
venta dos *l. 20. C. de jur dot.* cum difficile ſit pauperem alere mulierem *Beruſ. l. 2. c. 22.* Non requiritur autem æqualitatis ratio inter dotem & dona- 9
tionem propter nuptias: Scil. ut tanta ſit viri collatio quanta reperitur uxoris illatio. Juve- 10
nis enim, vel literas, vel egregium aliquod artificium edoctus, quod in ære non habet, eruditione

oc arti-

ac artificio compenſare poteſt, idq; eſt, quod illi, qui ſcientiæ amore multum pecuniæ ſtudiis impendunt hoc proverbio utantur: Ein reiches Weib bringt alles wieder. Abſurditate enim abſurdius eſſet, in arduo Matrimonii negotio, extra divitias, nullo dignitatis. eruditionis, virtutis cæterarumq; generoſarum qualitatum habito reſpectu, unius aſſis omnes æſtimare. *l. 6. pro Soc. Excell. Dn. Schröter in diſp.* vom Witwen-Recht. Th. 38. Unde Pythagoras interroganti: utrum potius filiam elocare debeat viro pauperi ſed probo, quam viro diviti aſt improbo, Reſpondit: *ſe malle virum egentem pecunia, quam pecuniam egentem viro.*

IV.

Hoc autem in privatorum ſaltem matrimoniis

11 Invenit locum. Nam in Regum & Principum nuptiis ad aliud reſpicitur. Magnatum enim matrimonia nituntur ratione ſtatus, & non âſpiciunt tam inexhauſtam dotis amplitudinem quam æternum Principatus incrementum, Maſculam prolem, novam amicitiam, fœdera, pacem ac tranquillitatem publicam. Hinc Politici ſolent magnorum Principum

12 matrimonia appellari firmiſſima inſtrumenta & vincula publicæ amicitiæ. Hiſce enim aut ſtabiliuntur fædera antiqua, aut contrahuntur nova, vel parantur affinitates vel delentur veteres inimicitiæ & pax & tranquillitas publica corroboratur *Myler Gamalog. cap.* 4. §. 17. *Magnif. Dom. Fritſchius in Tr* von Fräulein-ſteuer *cap.* 1. *n.* 9. *&* 10. Quare Galli dicunt *La ſeconde Fin du mariage d' un Prince eſt la conſervation d' eſtat par les enfans.*

13

V.

V.

Conſiſtit autem Nobilium Virginum dos, vel in re mobili vel immobili, non vero feudali niſi 14
expreſſo Domini conſenſu *Finckelthaus in controv: feud. cap. 9. th. 17,* Invaluit tamen hodie ſuadente æquitate, quod deficientibus bonis allodialib9 feudum in ſubſidium ad arbitrium Domini præſtetur, Rauchbar/ *p.* 1. *qv.* 38. *n* 1. De fructibus ve- 15
ro feudi, Pater filiæ dotem rectè conſtituere poteſt. Rat. eſt 1. quia hæc non eſt alienatio feudi. Nul- 16
lum namque jus reale in generum transfertur, ſed jus perſonale quod ſocer habet, fructus nempè percepti ex feudo, atque hoc jus percipiendi fructus cum morte ſoceri expirat 2. quia fructus feu- 17
di poſtquam à ſolo ſeparati ſunt, non dicuntur feudales, ſed allodiales. 2. *f.* 96. 3. quia nullum 18
inde Dominus patitur damnum cum Vaſallo nihilominus Domino ſervitia ſua præſtet *Finckelthaus d. l.*

VI.

Inter illuſtres fœminas conſiſtit dos perſæpè 91
in pecunia. Publica enim ratio ſvadet non poſſeſſiones & terras, ſed potius pecunias dotis nomi- 20
ne filiabus nubentibus dari. Hac enim ratione diminuuntur bona, diminutio autem bonorum inducit diminutionem dignitatis, ſicuti conſervatio bonorum conſervationem dignitatis. & honoris inducit. *Vultej lib.* 4. *Marp. Conſil.* 54 *n.* 11. *Gail, lib.* 2. *obſ.* 153. Hoc fundamento itaque nititur univerſalis ferè totius Europæ conſuetudo, quâ fœminæ à ſucceſſionibus in Regnis aut Principatibus 21
in perpetuũ excluduntur ac quali quali dote accepta

22 contentæ eſſe jubentur. Præterea exſtant in Germaniâ noſtra familiæ pacta atque ſtatuta non pauca, quæ dotationem filiarum illuſtrium in bonis immobilibus fieri expreſsè prohibent. Sic in inſtrumento Diviſionis Electoris Brandenburgici, de *Anno*
23 1473. cautum, daß kein Margraff ſol Land und Leut zum Heyrath-Guth geben, *Springsfeldt de appanag. n. 12. n. 55.* ubi etiam *n. 32.* rectè ait, dotem filiarum ac ſororum illuſtrium regulariter in pecunia numeratâ conſtitui

VII.

Danda autem eſt virginibus dos congrua.
24 *Reinking. in enarrat.* l. *ult. n.* 151. *& ſeqq. C. de pact.* Im-
25 modicam enim dotem in Conjugibus eſſe noxiam putat *Plato.* Cum fœminæ proprium ſit ſuperbia, *Petrar. 2. Dial: 42. de remed. utri. fort.* quod ſi dos accesſerit adhuc ſit imperioſior, continuoque viro inequitare conatur id quod *Seneca 6. declam. l. 2.* dicit. *Omnes uxores ſervitutem exigunt: Crede mihi,*
29 *volunt regnare in ſuis divitiis.* Itaque cenſetur illa
27 legitima Dos quæ ſecundum mores Regionis, numerum Liberorum, quantitatem bonorum paternorum, Nubentium ſtatum & dignitatem, locorumque qualitatem conſtituitur. *l. 60 169. ʃ. gener. de jur. dot. Hart. Piſtor. 2. qv 37. n. 10. & ſeqq.*

VIII.

28 Inter illuſtres autem perſonas non præcisè conſideratur Patrimonij quantitas, ſed maximè cavetur, ne dotium magnitudine illuſtres Principum domus exhauriantur. Unde conſultisſimum

ſnum creditur, familias Principum certam ac defi- 92
nitam habere dotium quantitatem, quam in præjudicium ſucceſſorum ac ditionum ſuarum excedere nequeunt. *Beſold. de Reg. ſucceſſ. lib.* 1. *diſſ.* 11. *th.*
10. Quemadmodum in Germaniâ noſtrâ in mul- 30
tis Principum familijs ita obtinere conſtat. Sic in 13
domo Saxonica Electorali dos filiarum eſt. 30000. 32
Imperialium. In Ducatibus verò Saxonicis 20000. 33
florenorum. In Electorali Domo Brandenburgica dos conſtat in 20000. florenis. In familiis Mar- 34
chon: Brandenb. Burgraviatus Norici dos eſt 10000 florenorum rhenenſium. *Springsfeldt de Appanag. cap.* 12. *n.* 39. In Haſſiâ dos Principum filiarum 35
eſt 20000. florenorum. In Holſatiâ 20000. Im- 36
perialium. In Ducatu VVurtenbergico filiabus 37
omnibus ex iſtâ familiâ progenitis condecentem dotem conſtituit primogenitus. Sic filiabus Re- 38
gni Sueciæ vigore ordinationis Regni dos in centum mille Joachimicos conſtituitur *Author deſcript. Regni Sueciæ tit.* 1. Dos regiæ filiæ Caſimir. II. Po- 39
loniæ Regis quæ nupſit Bogeslao Duci Pomeraniæ fuit 20000. Sexagenarum Pragenſium. *Gomer in J.* 12. *rer. Polon* Dos autem inter Galliæ Reges 40
incerta eſt. *Beſ. de pact illuſtri famil. c.* 6. In 41
Hiſpaniæ Regno itidem dotem non eſſe definitam patet ex *Ahaſv Fritſchij tr.* Vom Fräuleinſteur *c.* 3. *n.* 25.

IX.

Conſtituta itaque in numeratâ pecuniâ dote 42
inter illuſtres familias. Q. An Dotatio incumbat domanio Principis an verò ex ſubditorum loculis 43

fieri debeat? Et R. à *Myſing cent*: 5. *obſ.* 21. *n.* 4.
44 Principem ſubditos pro elocandâ filiâ ſuâ, contributione optimo jure onerare poſſe. Contraria autem ſententia videtur verior. *Cothm. conſ.* 3. *n.* 300. *& ſeqq. vol.* 4. *Beſold. lib.* 1. *de Reg. ſucceſſ. diſſert.* 11. *n.* 10. *Betſius de pact. illuſtr. fam. cap.* 6. Sed noſter animus non eſt ICtorum pro & contra cumulatas rationes hic examinare. Verum id ſaltem aſſerere.
45 Quod ſubditi collectas Maritagij vulgo Die Fräulein-ſteur ſolvant, vel precario & ex ſubſidio quodam charitativo, quod tamen periculoſum; Sæpe enim quæ officia humanitatis & benevolentiæ fuere, ſuceſſu temporis in neceſſitatem tranſeunt,
46 vel certa conſuetudine introducitur, ut ſubditi ad
47 nuptias filiæ Principis contribuant, vel conventione & pacto inter Principem & ſtatus Provinciales efficitur. Conſuetudo namque & pactum hactenus ad paria judicantur & ut illa tacito, ſic hoc expreſſo
48 Populi conſenſu nititur. Et ſic in Ducatu Brunſvicenſi inter ordinaria tributa ex conſenſu ordinum & ſubditorum hodie refertur Die Fräulein-ſteur *Stuckius part.* 1. *conſil.* 22. *n.* 53. Quod idem obtinuit inter ſtatus Provinciales Pomeraniæ & inter *Clementiſſimum Patriæ noſtræ Patrem, maximum totius Europæ Atlantem, Sereniſſimum Electorem Brandenburgicum* uti hoc manifeſtum eſt *ex receſſ. de Anno* 1654. *d.* 11. *Jul. verbis* Ob auch wol die incorporirte Stände anfangs gebethen/ ſie ins künfftige von den Fraulein-Steuren zu eximiren/ hernach aber in ihrer letzten Schrifft ſolche Immunität ex Inſtrumento Pacis behaupten wollen/ als wenn wir und unſer wolerlangtes Jus Ducale dawider an-
zie-

ziehen könten. Wie wir aber unſern gehorſamen Ständen / die ihnen Rechtswegen competirende Immunitäten und Begnadungen zu entziehen nicht gemeinet. Als haben wir ihnen unter andern erheblichen Motiven zu Gemüthe führen laſſen / daß ſie nunmehr nach angenommener weltlichen Qualität auch hergegen unſere Jura Ducalia uns ungekräncket laſſen müſſen / darauff ſie endlich acquieſciret und in vorkommenen Fällen nebenſt anderen ihren Pommerſchen Mit-Ständen zu Abtragung der gewöhnlichen Frauleinſteur ſich erbothen. Inſigne etiam nobis ſuppetit dotis publicæ conſtitutæ exemplum, Inſtrumentum Pacis Oſnabrugenſis Cæſareo Svecicum *art.* 4. §. 15. ubi â Sacrâ Cæſarea Majeſtate pro benevolo in Domum Palatinam affectu, ſingulis ſororibus Domini Caroli Ludovici Electoris Palatini non ita pridem mortui, quando nuptum elocatæ fuerint, dena thalerorum Imperialium millia nomine Majeſtatis exolutum iri promisſum fuit.

X.

In iſtis autem Territoriis ubi jus Primogenituræ viget ac collectæ Maritagii conſuetudine introductæ ſunt. Qu. an Primogenitus regens Princeps proelocandis Appanagiatorum fratrum dero abgeſtandenen Herren Brüder filiabus ſubditos ſuos collectare poſſit? De hac quæſtione etiam lis eſt inter Dd. affirmativã tuetur *Vultej. Vol. 3. conſil. ult. per tot* quod etiã in familiâ Wurtenbergica uſu ſervari monet *Myler in addit ad Rümelin diſert. 5. part. 3. th.* 14. Negativam verò pro Duce Holſatiæ defendit 51 52 53

 Gothm.

Cothm. vol. 4. conſ. 3. & 4. Sinold. vol. 2. diſp. 11. th. 5. lit C. in fin. Leiſerus tamen in diſput. de Appanagio tradit.
54 Quod Primogenitus ex obſervantiâ Imperij ad dotandam filiam Appanagiati cum ſit poſſeſſor feudorum Regalium & caput familiæ, ceu ad onus feuda-
55 le obſtringatur. Et hoc manifeſtum eſt ex diſpoſitione Elect: Brandenburg. de Anno 1553. qnâ cavetur daß der Primogenitus Regens der andern abgegangenen Töchter alſe/ die ſie hinter ihnen verlaſſen werden/ berathen und beſteuren ſoll / als ob ſie ſeine leibliche Töchter wäre n.

XI.

Qv. autem an Appanagiatus ipſe collectas
56 maritagij à ſubditis poſſit exigere? Et diſtinguit *Springsfeldt de Appanag. c.* 11. *n.* 208. An Appanagia-
57 tus ſeparatim ab Imperatore inveſtitus ſit cum jure ſuperioritatis & Regalibus, an non? Primo caſu affirmat, adhibito tamen conſenſu Procerum, & ſic ab Imperatore, *Anno* 1590. 1596. decretum fuiſſe *cum Vultej alleg loc. teſtatur* Poſteriori verò caſu regentis fratris interventu, precariò ab ordinibus impetrare poſſe. An autem hoc in Electoratu Brandenburgico ita practicatum ſit, de eo latet me aliquid vidiſſe *vid. Dn. Fritſchius* Vom Frauleinſteur. Hæc de illuſtribus filiabus pro inſtituti ratione dixiſſe ſufficiunt; itaque ad nobiles virgines iterum rever-
58 tentes. Qv. an virgo nobilis formoſa, minorem dotem accipere debeat quam deformis? Reſp. me facillimè cum *Publio Syro* conſentire quod formoſa ſpecies mutua ſit comendatio. Hinc illi olim populi qui Sophytæ Regi parebant De quibus *Diodor Sicul. l.* 17 in matri-

trimoniis contrahendis neque dotis, neque magni 59
apparatus, ſed formæ duntaxat rationem habebant.
Amorem quoq; eſſe deſiderium pulchri dicit *Plato*
& ſpecies corporis ſimulacrum eſt mentis figura-
que probitatis, *monente Auguſtino.* Ideoque dicit,
Conſtant. Panegyr Non fruſtra doctisſimi Viri dicunt,
naturam ipſam magnis mentibus domicilia corpo-
rum digna metari, & ex vultu hominis ac decore
membrorum colligi poſſe, quantus ille cœleſtis
ſpiritus intrarit habitator. E contrario autem 60
facies natura deformis vix poteſt habere bonos mo-
res *Raſis. 2. ad Amaſ. cap.* 33. & deformis mulieris
occaſus olim ominoſus habitus fuerit, qui Bruto
& Dioni mortem Portendit *Plutarch.* Hinc per
dotem jure optimo á parente ſuppleri poteſt quod
formæ deeſt. Ultimo loco Qv. Si aliquis cum 61
Virgine Nobili ad extremam lineam Amoris deve-
nerit. Numne iſte Virginem illam defloratam
in uxorem ducere an verò ſaltem dotare teneatur?
Et R. hanc eſſe pleni periculi aleam, Talis enim ge- 62
neroſarum Virginum amor perſæpè cum infauſto
matrimonio ſortitur eventum. Diſti nguen-
dum tamen videtur aut aliquis promisſo licet clam
matrimonio, aut ſolum fortè fortuna, exardeſ-
ſcèntibus amoris flammis, ad hæc Nobilis Virgini-
tatis clauſtra penetravit. Priori caſu ad ma-
trimonium ritè & per benedictionem Sacerdota-
lem conſummandum condemnandus eſt, nam
matrimonium per copulam carnalem ſubſecutam
contractum cenſetur | *arg. cap.* 30. *extr. de ſponſal.*

&ſpon-

& ſponſalia clandeſtina per concubitum ratificata diſſolvi non debent. *Carpzov. in Juriſpr Conſiſtor libr. 2. def. 36.* Poſteriori vero caſu exigente circumſtantiarum ratione, vel abſolvendus, vel condemnandus eſt; quod poſtremum etiam tum fieri debet, ſi ſpes ſaltem facta & tractatus ſaltem de contrahendis ſponſalibus habiti, nam ſubſecuta tum copulâ carnali matrimonium omnino conſummandum eſt. *Carpzov. d. libr 2. def.* 37. Extra autem enumeratos caſus arbitrio & optioni Strupratoris relictum videtur, utrum ſtupratam in matrimonium ducere an vero dotare malit *Carpz. d. lib. def. 229,*

CAPUT II.

DE DOTATIONE VIRGINUM NOBILIUM in POMERANIA

SUMMARIA

PAtria Reipubl. utilitas exigit generoſarum Virginum elocationem n. 1.

Quenam ſit congrua filiarum Nobilium dos. n. 2.

Dotis conſtitutio fieri ſolet vel in judicio n. 3.

vel à familiis. n. 4.

Filiabus Nobilibus non ultra tertiam vel quartam partem feudi dos aſſignatur. n. 5.

An filiæ dotem immodicam à patre ex feudis conſtitutam, eo mortuo petere poſſint. n. 6.

Agnati non tenentur pacta dotalia obſervare. n. 7.

Filii non aſtringuntur ad immodicæ dotis exſolutionem quando feudum paternum cum beneficio inventarii adeunt. n. 8.

Fide juſſores qui dotis nomine interveneruut debent ſtare promiſſis ejus qui elocavit n. 9.

Quando pater unam filiam dotavit, tunc ad ſimilem quantitatem reliquarũ fundata eſt intentio. n. 10.

Dodati-

Dotatio Virginum Nobilium in Pomeraniâ eſt onus feudale. n. 11.
Viduarum & Virginum deb ita ſunt onera feudi. n. 12.
Et hoc obtinet tam in feudis antiquis quam novis. n. 13.
Item innoviter emptis. n. 14.
De privilegio Virg: Nob: in Pomeraniâ allegantur verba Mevij n. 15.
Dos deficiente hæreditate ſolvitur ex feudo. n. 16.
In feudis idem obtinet jus. n. 18.
Adducitur Mevius de jurib: viduarum n. 19.
Probatâ dotis illatione ejus verſio in commcdum feudi facta præſumitur. n. 20.
Confeſſio mariti non relevat viduam ab onere probandi dotis illationem. n: 21.
Maritus non poteſt agnatis ſuâ confeſſione præjudicare. n: 22.
Quicquid dicitur de dote hoc etiam de bonis paraphernalibus: n 23.
Item in alimentis ex feudis præſtandis n: 24
Ante nuptias non debetur dos n. 25.
Quænam eſt congrua alimentorum quantitas? n. 26.
Conſtituitur dos deducto ære alieno n. 27.
Patres & ſorores non dividentes in communione permanſiſſe cenſentur: n. 28.
Quodnam jus obtineat in fratribus ratione dotis ſorori competentis n: 92.
Virginibus defloratis nulla debetur dos n 30.
Virgines extra ordinem Equeſtrem nubentes pro parte ſaltem accipiunt dotem. n. 31.
Reſtrictum eſt hoc à Principe n. 32

TH. I.

POſtquam Virgines Nobiles in Pomeraniâ etiam dotandas eſſe extra cortroverſiæ aleam eſt, quià Patriæ reipublicæ incrementum non minimum è tali generoſarum Virginum elocatione efflorefcere videtur, Itaq; præſtantiora tantum ex hac materiâ ſeligemus ubi ſeſtatim iſta offert quæſtio: Quænam ſit congrua filiarum nobilium dos? & Reſp. 1 2

quoni-

qunoiam quãtitas dotis certis regulis comprehendi non poteſt, determinatio ejus fieri ſolet, vel injudicio, vel cum Principis & Agnatorum conſenſu, vel etiam familiæ unanimiter inter ſe convenientes
3 certam dotem denominant. Conſtituitur autem plerumq; dos in judicio, & ita factum in cauſâ Land Rath Maſſoven contra Chriſtoph Maſſo ven Wittw. und Erben Vormunder in puncto inventarij, illatorũ & dotis Anno 1679. d. 30. Jun. Judex enim determinat dotem 1. pro viribus bonorum 2. pro numero perſonarum 3. pro dignitate & conditione mariti ita tamen ne nimio onere graventur feuda. *Concl. Pom. 1. tit 3.* cum Domini & Principis multum interſit, ne magnitudinẽ dotium, familiæ & feuda exhauriantur & prædia diſtrahantur. *Bodin. de Republ. p*: 835. *Modeſt. Piſtor. p. 2. qv. 73. n.* 19.

II.

4 Sic etiam familiæ talem conſtituendi facultatem habent per Conſt. Wollinens. Daß auch die Geſchlechter und Verwandten mit gemeiner Einwilligung unter andern freundlichen Vergleichungen der Außſteuer halber aufrichten / und darinn deß alten Herkommens vieler namhaffter Geſchlechter / auch der Exempel acht haben / und was alſo kräfftiger Weiſe geſchicht / demſelben gefolget werde. Ex tali ratione poſſunt filiabus additnmentum conſtituere, modò dos non ſit incongrua. Et ita in Viadrinâ Facnltate reſponſum eſt d. 9. xbr. 1651. his verbis. Hat Hanß Wilhelm Mildenitze mit ſeiner Tochter Männern / wegen eingefallenen Kriegsweſen accordiret / daß ſie die Außſteur auff 4000. Tahler haben an-

ankommen laſſen/ und 1000. Fl. gutwillig nachge-
geben/ doch adjecto hoc pacto, daß/ wofern Chriſtoff
Mildenitz deß Hanß Mildenitz Sohn ohne Leibes-
Erben verfiele/ einem jedweden Eydam noch 1000.
Reichtsthl. vom Lehnsfolger ſolte gegeben werden.
So beſtehet ſolch pactum nicht weiter/ als wofern
reſpectu valoris feudi & hæreditatis dos non in-
congrua conſtituiret worden/ denn auff ſolchen Fall
hetten die Töchter Männer ihren Schwager und
Weibes-Brudern aus Freundwilligkeit de ſolvendâ
dote non incongrua, wol etwas remittiren können/
welches ſie ſo eben nicht ſchuldig waren gleichergeſtalt
dem Lehnsfolger zu erlaſſen: Solte aber dos in-
congrua conſtituiret, und die Lehn dadurch über die
Gebühr beſchweret ſeyn/ ſo iſt ſolch pactũ in Rechten
nicht beſtändig. Solet tamen filiabus non ultra ter-
tiam vel quartam partem feudi dos aſſignari,
cum filiis & Agnatis duplo major pars ſemper ma-
nere debeat in feudo quam exinde filiabus conſti- 5
tuitur. Uti conſideratum eſt in cauſâ Obriſt
Jlefelden Wittw. contra Hanß Buchern d. 20.
octobr. Anno 1655. Hinc Mev. p. 2. deciſ. 364. dicit
Für Jahren iſt den Töchtern aus den Lehnen nur ein
geringes aſſigniret/ und haben ſich damit/ wann die
Eltern ſonſt kein Erbgut gelaſſen/ behelffen müſſen/
dadurch ſie das Lehn bey dem Geſchlecht conſerviret
welche nicht eher/ dann durch übermäßige dotes da-
von abgebrächt worden/ wiewol nun die Legitima ex
feudo/ nicht gebühret/ noch ſonſt an ſich in conſidera-
tion kommt/ ſo iſt doch vernünfftig/ daß nicht höher
der dos bey den Lehnen angeſchlagen werde/ als
wenn auß denſelben die Legitima gebührete/ denn kan

auß Erbgütern ein Kind nicht mehr fodern/ wie ſolte es denn des Lehns hoher Beſchwer prætendiren können/ iſt alſo das eine gute Regul/ welche die Alten auch obſerviret/ daß ſie über das vierdte/ oder wann viel Töchter/ das dritte Theil des Lehns mit dem Eh-Gelde nicht beleget.

III.

Si verò parens pactis dotalibus vel aliâ diſpoſitione immodicam dotem ex feudis filiabus conſtituerit & promiſerit. Qv. An poſt fata patris
6 hæc conſtitura dos virginibus ſit danda? Et Diſting. inter Succeſſores, aut enim ſuccedit filius aut agnatus. Priori caſu fratres tenentur ſororibus ſuis dare dotem. Non enim præſumitur, parentem unum liberorum ſuorum plus amaſſe quam reliquos *concl.* 2. *tit.* 4. niſi novercalibus delineamentis ad iſtam immoderatam dotationem ſeductus fuerit, in quo caſu dotis conſtitutio an-
7 nullanda & de novo dos moderanda eſt *per concl. alleg.* Poſteriori verò caſu agnati ad iſtorum pactorum dotalium obſervantiam non ſunt obſtricti, verum pro quantitate fendi dos eſt conſtituenda. *Concl. tit. eod.* Ideoq; quantam dotem pater primæ filiæ promiſit ex feudo; ſecundæ agnatus poſt mortem ejus, imò ipſimet filiæ à patre promiſſam ſervare non tenetur, niſi ſemel factum ejus approbavit, ut fit, conſenſu in conſtitutionem dotis ex feudo factæ, aut in pacta quæ dotis modum & quantitatem definiunt. *Mev. p.* 3. *d.* 366. Quod autem ſuperiori caſu dictum illud, reſtringitur etiam, ſi nempè filii feudum paternum adeunt cum beneficio Legis

& in-

& inventarii: tunc enim ſororibus dotem immodicam ſolvere non tenentur, ſed obtinere poſſunt æſtimationem feudorum ad moderandam dotem à patre promiſſam. Uti obtinuit Joachim von Wedel ſuo & fratrum nomine contra ſorores Anno 1525. Si autem pro immoderatè ex feudis promiſſâ dote intervenerunt fidejuſſores, tunc hi illorum promiſſis omnino ſtare tenentur licet agnatus ad inofficioſam dotem præſtanndam non obſtringatur *per conſ.3 tit. 3. Heringius de fidejuſſ. cap*: 6. *num*. 107. Quomòdo autẽ hoc intelligendum patet ex *Receſſ. prov. de Anno* 1581. qui in dem Pommeriſchen viſitations Beſcheid ita declaratur. Dem General Landtags Abſcheid iſt gemäß / daß Bürgen / ob ſie ſchon dem benefitio ordinis und execusſionis renunciiret haben / dennoch wenn der principal Schuldman zahlbar iſt / ſich auch dazu willig erzeiget / ſollen mit der Zahlung und Excecution verſchonet werden / wie dann außdrücklich allda die Adverſativa ſtehet / daß ſolche Execution (da ieder Bürge) / ſo fern nur ſtatt habe / wofern dem beneficio ordinis renunciret iſt / und diſputationes oder andere Impedimenta / ſo dem gaubiger die excecution in des Principalis Güter verhindern / verhanden ſeyn.

IV.

Quando verò pater unam vel alteram filiam, datâ certâ dote, nuptam elocavit, tunc cæterarum filiarum in petitione dotium ad ſimilem quantitatẽ fundata eſt intentio; tam contra ipſumet parentem quam poſt ejus fata contra hæredes, tum quod ea voluntas patris bona & certa præſumitur, quam ſequi decet, quia vires bonorum ſciviſſe & benè ex-

pendiſſe creditur, tum quia æqualitatis favor & debitum ſic exigit. tum quod à patre ſemel placitum poſtea impugnari iniquum eſt. Si quis itaq; aliud quam moribus placuit, in ſequentibus obſervatū velit, illum juſtam urgentemq; cauſam mutationis docere atq; inſuper ea diſcuſſa judicis arbitriū exſpectare convenit, alias judex ſequitur potius placitum. Uti factum in cauſâ filiorum Vincentius Bluchers contra Hanß Bluchern *d.* 18. *April. Anno* 1654. *Mev. p.* 2. *deciſ.* 118.

V.

Eſt autem elocatio Virginum Nobilium in
Pomeraniâ onus aliquod feudale, & feudum ſic af-
ficit, ut, qui in feudo ſuccedit, ſubire illud teneatur.
12 *Cothm. conſil.* 12. *n.* 7. *vol.* 2. Hinc omnia debita vi-
duarum & virginum per Conſtitutiones, Concluſa
Receſſus ut eſt Wollinenſ. cauſam realem habent &
feudi onera ſunt. *ibid. n.* 7. Et in Receſſu Wolli-
nenſi nominatim expreſſum eſt, id, quod maritus
conjugi ſuæ vel inter vivos vel per ultimam volun-
tatem ſupra vel ultra debitum provinciale donat,
viduæ præſtandum eſſe. *Cothm. d. l. n.* 5. Qui
vult, quod non tantū talia debita, quæ, ex Conſtit. &
Concluſis viduæ debentur, onera feudalia ſint, ſed
etiam quod talia, quæ maritus ſupra vel ultra debi-
tum provinciale donat. Vid. der Landtags Ab-
ſcheidt gehalten zu Treptove *d.* 18. *Mart.* 1608. Et
ita etiam pronuntiatum eſt inter Puttkamern &
Glaſenapp. 3. *Jul.* 1651. verbis denn es iſt die Außſteur
der Wittw. und Jungfrauen ein onus feudale / und
dieſes hat vielmehr im Hertzogthum Pommern ſtatt.

& hoc

& hoc non procedit ſolummodò in feudis avitis & antiquis verum etiam novis *per concl.* 5. *tit.* 3. item in feudis noviter emptis *concl.* 6. *tit. eod.* Conſulatur Landtags - Abſcheid zu Wolgaſt. *de Anno.* 1606. *addatur Diſp. Dn, VVendt de Juribus fœminarum ſingularium p. B. Brunnem. conſil.* 5. *num.* 41. *Item Nobiliſſimus D. Franciſcus VVinther, Amicus meus in Salanâ, Contubernalis autem in Juliâ Univerſitate multis nominibus honorandus in diſp. de debitis feudalibus.* 13 14

VI.

Mevius magnus jurium Pomeranicorum Areopagus habet in conſil. Rechtliches Bedencken von der Pommerſchen Lehngüter Eigenſchafft und wie weit dieſelbe mit der Lehnleut Schulden können beſchweret werden hæc verba Anfangs haben die Töchter das Recht gehabt/ daß wann jemandt ohne Leibes Lehens Erben verſtorben/ dieſelbe Zeit ihres Lebens die Lehn behalten/ wie aus offtgemeldten Privilegio Ottonis zu befinden. Hernacher aber iſt daſſelbe abgeſchafft und gleichwol die Töchter und Schweſtern in conſidèration daß die Lehn ihrer Eltern Erbe geweſen davon Sie ſalvo jure naturali ex quo ipſis legitima videtur gäntzlich nicht excludiret werden können anfänglich erfolget. Alſo daß ihnen 1. das Gnaden Jahr eines gantzen Jahrs Abnützung 2. ſolang als Sie unbeheurahtet zu ihrem Unterhalt jährlich gewiſſe alimenta 3. freyhe Wohnung in und auſſerhalb der Ehe 4. wenn Sie zum Eheſtand gelangen ein nach Vermögen der Ehe und qualität des künfftigen Ehe Mannes ehrlicher Brautſchatz 5. Ein rühmliches Geſchmuck 6. deswegen das jus retentionis 15

tionis biß Sie von beregten allen wolvergnügt/in den Lehnen zukombt und Landtags Abſchieden verſichert.

VII.

16 Cenſetur tamen ab omnibus allegatis jam authoribus hæc ſolummodo intelligenda eſſe, quando hæreditas vel non ſufficiat vel planè deficiat. Principaliter hanc ſententiam habet prædictus *Dn. Mevius* in ſpeciali conſilio inter Bentz Blüchern hinterbliebenen Söhnen und Töchtern *n.* 12. maſſen die Ausſteur ſo ein onus hæreditatis Paternæ principa-
17 liter iſt/ nec aliter quam in ſubſidium aliis bonis deficientibus ex feudo debetur. *& n.* 23. denn ob nicht ohne daß der verſtorbenen Töchter Ausſteur ein onus feudi von Rechts verſtändigen gehalten wird/ ſo iſt ſoches nicht weiter zuverſtehn/ als daß im fall aus väterlicher Erbſchafft nicht ſoviel wovon Sie ehrlich könten außgeſteuret werden/an die Tochter verfiele/ der Lehnsfolger einen erträglichen dotem den Töchtern ſolle abfolgen laſſen/ dannenhero beſagte Rechtsgelahrte in ihren Schrifften außdrücklich herzu thun/ das nurten in Mangel anderer Mittel dem Lehnsfolger dieſes onus auffgeleget werde. Wannenhero die Pommeriſchen Adelichen Privilegia in ſubſidium deficientibus bonis aliis auß den Lehnen die Außſteuren den Töchtern zu theilen. Welches denn in ſtetiger gerichtlicher obſervance beybehalten wird/ *& ita pronuntiatum eſt. d.* 30. *Jun. Anno* 1679. *in cauſa* Landrath Maſſowen *contra* Chriſtoph Maſſowen Wittw. und Töchter Vormunder.

VIII.

18 Hoc jus obtinet etiam in viduis uti *Mev. in*

priori

priori alleg. Conſil. Rechtliches Bedencken von der Pommeriſchen Lehn &c egregiè tradit in verbis. So iſt gleichergeſtalt bey Aufftragung der Güter zu Lehn der Lehnleute Wittw. ſtatlich proſpiciret / und von den gemeinen Lehnrechten in dieſen Landen eine gantz einſtimmige Gewonheit und Freyheit in den Land-privilegien verſichert / Krafft derſelben ihnen nach Abſterben ihrer Ehemänner auß / und in den Lehnen / wann andere Erb- und allodial Güther nicht verhanden 1. das Gnaden-Jahr 2. biß ſie ihrer zugebrachten Güther und anderer Gebührniſſe halben abgefunden nothdürfftige Alimenta. 3. Ihr dem Manne zugebrachtes Ehegeld / die converſio in utilitatem feudi erweißlich ſey oder nicht 4. Die Erſtattung der zugebrachten paraphernalien 5. Das augmentum ſeu lucrum dotis die Verbeſſerung. 6. Ihr gehabtes Geſchencke / Kleidung / Kleinodien / Kiſten und Kaſten gerathe / was darvon dem Ehemann zu ſeinem Nutzen bekommen. 7. Traurkleidung. 8. Wagen und Pferde. 9. eine bequeme Wohnung oder Haußmiethe. 10. Die Morgengabe / welche in ſpecie oder genere verſprochen 11. biß zu deſſen Abſtattung jus retentionis, dabey denn auch die qualität der Pommeriſchen Lehn zu conſideriren / daß nicht allein / was der Ehemann würcklich zu ſeinem Nutzen empfangen / ſondern auch die mera lucra in ſubſidiũ auß den Lehnen gebühren / welches wol kein Lehnherr jemahlen würde eingewilliget haben / wann es nachgeſtalt anderer Lehn mera beneficia und nicht certis conditionibus in feudum recognita geweſen und befindet man auß den Land-privilegiis / daß ſolche Wolthaten den Töchtern / Schweſtern und Wittwen nicht dadurch erſt gegeben / ſondern nur beſtätiget werden.

IX.

Proindè probata dotis illatione ejus quoque verſio in utilitatem feudi præſumitur, *Concl.* 4. *tit.* 6. & ita putat *Magn. D.* Stryck. *Præceptor atq. Patronus meus cum Vadrinis Athenis viverem omni ætate devenerandus in exam. Jur. Feud. c.* 21. *qv.* 11. *nec non Dn. VValdov. diſp. de vidua nobili Marchica. c.* 3. *n.* 17. qui ſententiam hanc, ſequenti confirmat præjudicio quod latum in *Camerâ Berolincenſi d.* 12. *Jun. Anno* 1613. In cauſâ Jochim von Hunickens contra Marien von Schapelow. Melchior von Hunckens Wittwe. hiſce formalibus die 5000. Thaler Ehegeld weilen ſie wircklich eingebracht ſind nach Rechts Vermuhtung in Lehn verwandt worden / es konte den Huneke wie recht erweiſen daß ſie nicht ins Lehn verwandt ſondern im Erbe auff Zins ausgethan worden Et *Mev. p.* 2. *deriſ.* 224. *n.* 7. dicit, per multa exempla hanc Praxin judiciorum Pomeraniæ obſervavi, quod à viduis cū lucra nuptialia petunt, nihil ultra veram illationem dotis exigitur probandum. Ubi de illa conſtat. Verſio verò in uſum mariti incerta eſt, nihilominus illa tribuuntur.

X.

21 Non autem relevat viduam ab onere probandi dotis illationem, ſola mariti confeſſio. *Richt. de privil. credit c.* 3. *ſect.* 1. *n.* 62. *Berlich. p.* 2. *concl.* 50. *n.* 20. ſed requiritur ut probatio illationis per teſtes documenta vel alium legitimum modum fiat uti poſt *concl. pom.* 3. *tit.* 6. autumat; *Richt alleg. loc. n.* 20. Imo ſufficiunt ex moribus Pomeraniæ Inſtrumenta dotalia & Antidotalia. *Mev. conſil.* 54. *n.* 1.

qui

qui ita in cauſa Jacob Viereggen Haußfrau Sabina von Rauwins und derſelben Erben *Anno* 1623 *d.* 11 *Jan.* pronuntiatum eſſe refert. Si autem nulla alia monumenta de illatâ dote quam mariti aſſertio adſit poteſt etiam vidua ad ſuppletorium juramentum admitti, & tunc confeſſio mariti & hujus juramenti præſtatio pro ſufficienti probatione habētur: *concl.* 3. *tit.* 6. Et ita judicatum eſt in cauſâ viduæ Chriſtoph Heinrich Schwerins contra mariti creditores *d.* 2, 8*tobr.* *Anno* 1662. *Mev.* quidem *p.* 2. *d.* 225. tradit hanc regulam Quod toties habeatur dos pro illatâ quoties volenti marito de dote ſatisfactum Sed puto infirmam eſſe, quando agitur vel de agnatorum vel creditorum præjudicio. Maritus enim 22
agnatis ſuâ confeſſione præjudicare nequit. Aliud autem eſt in filiis quia hi uti factum patris impugnare ita quoq; confeſſionem ipſius falſam dicere non valent. *Hartm. Piſtor. p.* 1. *qv.* 4. *n.* 10. *Gail. l.* 2. *obſ.* 81. *n.* 2. Sic neq; poteſt ſuâ aſſertione creditorum conditionem deteriorem reddere, ſi enim maritus nimium credulus vel in exigendâ moroſus eſſet ſuis poſſet creditoribus præjudicare quod tamen juris ratio non admittit, niſi forſan creditores etiam ex ſolâ literariâ cautione & confeſſione debitoris agant, quo caſu cum mulier & creditores in pari ſint conditione nulla alia probatione opus eſt. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 81. *n.* 5. *Mynſing. cent.* 5. *obſ.* 61. *in fin.*

XI.

32 Illud quod de dote dictum, obtinet etiam in bonis parphernalibus ut conſtat ex Pomeraniæ Nobilium privilegiis *Anno* 1560. congeſtis, & ita judicatum

catum etiam eſt in cauſâ viduæ Obriſt Andreæ Jle⸗
feldes Hanß Blücher 18. *April Anno* 1654 ita etiam
tradit *Mev. d. l.* daß gleich wie andere des verſtorbe⸗
nen Ehe Mannes Schulde derer ſpecies der Tochter
Ausſteur iſt/ aus der verhandenen Barſchafft abzu⸗
tragen alſo auch was zu der Ehe Geſchmuck und Hoch
zeit Geldern gehörig davon zu nehmen ſey. *concl.* 12. *tit*
*2 7. *item concl.* 1. *tit.* 20. Imo quoque in alimentis ex
feudo præſtandis *concl.* 3. & 4. *tit.* 21. *vid. Diſp. generoſ.
Dn. de Borck.* von conſentirten Lehn Schulden *cap.* 1.
n. 10. Dos non debetur ex feudo ante nuptias, nec
5 uſura, ſed tantum aliquid pro alimentis *Mev. p.*
6. *deciſ.* 184. *n.* 6.

XII.

5 De congrua autem quantitate alimentorum
diſponitur in *concl. Pom.* 1. *tit* 21. nempè quoniam a-
limentorum quantitas in omnibus caſibus uſurpan-
da certis regulis comprehendi non poteſt. Proin-
dè æquo Judicis arbitrio relictum eſt, ut partibus
non convenientibus, pro quantitate bonorum, pro
numero perſonarum, & ætatis incremento, juſtam
alimentorum proportionem conſtituat. Et ita
pronuntiatum eſſe refert. *Dn. VVend in diſp. de
jur. fæmin. ſingular. c.* 2.

XIII.

Hæc autem conſtitutio dotis non aliter locum in-
venit niſi, deducto ære alieno. *Mev. in alleg. Conſ.* 4. 30.
Daherò in ſolchen Fällen wenn andere præſtationen
und Abträge aus den Gütern abzuſtatten das æs alie
num und darauff hafftende Schuld für allen deduci-
ret

ret und von dem übrigen der computus zugeleget wird/ wie denn der Rechtsverſtändigen einhelliger Meinung nach dotes onera bonorum qvæ cenſentur deducto ære alieno gehalten werden und aus väterlichen Guthern kein Braudſchatz ehe der vaterlichen Schulden halber Richtigkeit gemacht/ und dieſelbe von dem corpore patrimonii abgezogen könne gefodert werden/ cum indecora ſit filiarum petitio dotem petentium patris fide & bono nomine periclitante. Dieſer iſt dem Pomr: Adlichen Landgebrauch wol einſtimmig/ welchen nach allezeit nach Abzuge des verſtorbenen Schulden die Töchter ihre gebührende Auſtewr Gelder fodern und nach höhe der übrigen Gelder überkommen. *& n.* 32 zu geſchweigen des ſehl. Vaters ehrlichen Nahmen zu retten den Töchtern ſowol als den Söhnen pro ratâ zu kommen und anſtehen wil. Et ita pronuntiatum eſt in causâ Hans Mietzlafften Witt. contra ſehl Rittm. Daniel Mietzlafften Erben *Anno* 1662. *d.* 8. *decembr.* verba der Töchter alimenten und Brautſchatz können vor Abführung der auff den Lehn hafftenden Schulden nicht begehret werden. Poteſt tamen filia in eo caſu hæreditati renunciare & ſolummodo dotem petere, cum filia renuntians hæreditati paternæ dotem petere poſſit, *Mev. alleg. loc. n.* 34. ſuccedit enim tunc in paternis bonis, non titulo univerſali, verum ſaltem ſingulari.

XV.

De damno & caſibus fortuitis participare debent etiam filiæ, ſi ſcil. hoc extra filiorum culpam evenerit, Patres enim & ſorores non dividentes bona paterna in communione permanſiſſe cenſentur-

ſur. Communio autem habet talem effectum, ut in comminone exiſtentes participent de lucro & de damno, præcipuè cum ſorores commodum ſentire velint; Ergo nec damnum aſpernari debent.

XVI

In fratribus ratione dotis ſorori competen-
29 tis oſtendit *Mev. in conſilio* inter Bentz Bluchers Erben *n.* 44. altiam rationem obtinere & quidem hoc modo Da doch kein Bruder beſage der Rechten und Adelichen Landes privilegien weiter verbunden/ als daß er ihnen aus der Barſchafft ſo tempore mortis paternæ verhanden ihr beſcheiden Theil heraus gebe & *n.* 46. maſſen die Außſteur ein debitum paternum welches alſofort nach des Vatern Todt vermöge der Landt Ordnung auff die verhandene Barſchafft gehafftet und alſo ipſo jure daran verwieſen Quando autem filiabus à patre dos eſt conſtituta & etiam poſt obitum ejus relicta, tunc tenetur filia omne damnum & incommodum ex portione ſuâ redundans ſola ſentire & tolerare. *Mev. d. l. n.* 39. Zum andern wird es für unzweiffelhafft gehalten wann ein Vater nach ſeinem tödtlichen Hintritt Söhne und Töchter und ſoviel Barſchafft als zu der Töchter gebührlichen Außſteur Landesgebrauch nach gehörig hinder ſich verläſt/ und die Söhne die Lehn annehmen den Tochtern aber aus der Barſchafft das ihrige zu nehmen frey geben/ als denn ſie über die ins künfftig gelittene Schaden nicht mögen gehalten ſeyn/ ſondern die Lehn von ſolchen onere frey haben. ſufficit enim, ſemel defuncto vaſallo extitiſſe conditionem ſtatuto provinciali præſcriptam ſi allodialia adſint, & ſufficiant feuda pro ære alieno non teneri.

XVII. Poſt-

XVII.

Poſtquam nunc tractavimus de Virginum Nobilium Pomeranicarum dotis conſtituendæ neceſſitate,quantitate & vi obligativâ in feudis Pomer. Itaq; jam conſideraturi ſumus quod aliqui caſus inveniantur,ubi dos vel planè non eſt conſtituenda vel pro parte ſaltem ex feudis ſoluendâ. Debetur 3°
autem nulla dos 1. in concurſu Creditorum, Ubi nullæ facultates ibi nulla dos, in creditorum vero concurſu nulla bona ſunt *l. 72. ff. de jur: dot. l. 39. §. 5. ff. de V. S.* cui accedit quod in bonis allodialibus non debeatur legitima niſi ſatisfactum creditoribus *l. 8. §. 9. ff. de inoff. teſtam.* Ergò multo minus dos quod intelligo, niſi dos à patre ante mortem vel concurſum promiſſa, poſt promiſſionem enim filia facta eſt creditrix patris adeò ut tacitam inde conſequatur hypothecam *Carpz. p. 1. decis. 57 Mev. p. 5. d. 378. n. 1.* Vi ergò hujus hypothecæ in concurſu inter creditores reliquos merebitur locum. *Dn. Borck in diſp* von *conſentirten* Lehnſchulden *cap. 1. n. 10.* 2. Quandò filia Legitimam ex feudo acceperit, tunc dotem amplius petere non poteſt *Brunnem. C. 2 D. 60.* Dos enim in Legitimam computari ſolet *per L. 29 C. de inoff. teſtam.* 3. Non debetur etiam dos filiabus virginitatem deflorare paſſis etiamſi matrimoniū ſubſequatur *per concl. 8. tit. 3.* Cum enim illicitus illarum appetitus toti generoſo Stemati inuſſit maculam vix omni ex parte eluendā adeo; inqdignæ habentur taliū inæſtimabiliū privilegiorum uſu. Et hoc ita in *Concl. 2. tit. 21.* extenditur ut in percipiendo etiam alimentorum fructu pro incapacibus habeantur. Nec hoc cum legitima-

rum

rum virginũ injuriâ etiamſi cum magna corruptarũ perſonarum querela diſpoſitum eſt, niſi enim illæ vel infamiæ notam, vel jacturam dotis extimeſcere haberent; certè illarum libidines extra libertatis cancellos tam diu luxuriarent, donec optatum Mauſoleum invenirent, ubi citra doloris exulcerationem irrecuparabilem virginitatis florem tumulare posſunt. Et iſta caſtitatum cura in patriis terris inter generoſas perſæpè ita poſthabita eſt, ut periculoſum amandi exercitium in conſvetudinem & protervam libertatem degeneraverit, quamvis conjunctum ſit, cum haud vulgari totius familiæ ignominiâ. Ne tamen iſtæ, quæ miſerandam virginitatis jacturam pasſæ, vel pereundi necesſitate conſtringantur; vel cum majori generoſæ domus contumelia ad ignominioſius artificium pro ſe & illius infelicis hæredis ſuſtentatione ſuſcipiendum cogantur. Hinc cautum eſt, ut quidem dote ex feudis ipſis competente priventur, legitimè tamen ſuam proportionem ex hæreditate maternâ extra motam controverſiam capiant. *Concl.* 8. *tit.* 3. imò ut etiam dimidiam partem promisſorum alimentorum conſequantur *concl.* 2. *tit.* 21.

XVIII.

31 Pro parte autem conſtituitur ex feudis ſaltem dos quando nobilis virgo extra ordinem Equeſtrem nupſerit *concl.* 7. *tit.* 3. Verum cum non tantum illi, qui radiis nobilitatis avitæ coruſcant pro nobilibus habeantur, ſed etiam tales qui arte & marte inclareſcunt. Hinc de approbatã hujus concluſi conſuetudine non injuria dubitat *Dn.*

Molle-

Mollerus, amicus meus tam in Viadrina quam Salana Academia integerrimus in diſp. elegantisſimâ de feud. Pomca p. 5. *Th.* 46. qui ſe ita in variis cauſis præcipuè autē in caſu Annæ Apenborgs contra Philips Lehnsfolger obſervaſſe asſerit. Sic etiam acta Pomeranica teſtantur D. Barnimum benignum Patronū virorum extra Nobilitatis dignitatem conſtitutorum hòc limitatum fuisſe. In der Fürſtl. declaration umb ander weitige reſolution über der Landſtände general gravamina de *Anno*, 1601. *d.* 12. *xbr* verbis; doch muß alhie die interpretation ſo gar ſtrictè nicht geſchehen / weil offtermahls auch ehrliche und vornehme Leuthe ſeyn / ob ſie gleich ihres Herkommens nicht von Adel ſeyn / welche ſich mit Adelichen Jungfrauen mit Rath und Bewilligung ihrer nechſten Freunde eheligen mit denenſelb en könte es ſo ſtrictè nicht eben gehalten werden / ſondern was von Recht und Billigkeit wegen der Jungfrauen gebühret / ſolches würde ihnen auch nicht unbillig folgen. Cum autem præjudicia & deciſiones in hac causâ varient, noſtrum ſuſpendimus judicium. Verum tamen eſt, quod haud infrequens nequisſimorum hominum colluvies apud nos reperiatur, qui famam alterius inclytam allatrare, inclareſcentem nobilis ſtemmatis gloriam theoninis dentibus arrodere & de acquiſitâ generoſæ dignitatis palmâ quæſtionem ſtatus movere, haud dubitant, ita, ut de hoc tanquam Patriæ noſtræ morbo etiam exteri non immerito conqueri ſoleant. Qualis injuriandi æſtus adhuc hodiè adeò propagatur ut prognati pe ſæpè ex paternâ hæreditate nihil amplius quam de abominandâ calumniandi libidine ſibi gratulari habeant.

Hæc de dote ipſâ dixiſſe ſufficiunt, progrediamur itaq; ad jura ex dote profluentia.

CAPUT III.

DE JURIBUS RATIONE DOTIS, VIRGINIBUS NOBILIBUS IN POMERANIA COMPETENTIBUS.

SUMMARIA

Virgines Nobiles habent ratione dotis tacitam hypothecam n. 1.

Jus retentionis. n. 2.

Tam in bonis feudalibus quam allodialibus. n. 3.

Vidua, quæ beneficio retentionis uti vult, debet probare ut dos ſit illata. n. 4.

Ut ſit liquida aut in continenti liquidanda. n. 5.

Ut poſſeſſio hæreditatis ſit vacua. n. 6.

Quæ tamen ſententia inprobatur à Carpzov. n. 7.

Filia etiamſi ex feudo nupſerit habet tamen in eo jus retentionis. n. 8.

Retentio extendit ſe ad concurrentem dotis æſtimationem n. 9.

In Pomeran: verò deficientib: creditorib: ad omnia bona. n. 10.

Effectus retentionis. n. 11.

Alimenta non debent excedere modum. n. 12.

Filiæ debent retenta bona bene adminiſtrare. n. 13.

De fructibus perceptis mediante juramento rationes reddere. n. 14.

Et hanc rationum præſtationẽ exigunt etiam Creditores. n. 15.

Vidua non tenetur rationes reddere quando agnatus eſt in mora. n. 16.

Imò poteſt hoc caſu in alium transferre. n. 17.

Virgines & viduæ debent inventaria conficere. n. 18.

Præſentibus agnato Notario & teſtibus. n. 19.

Quodnam inventarium dicitur juſtum. n. 20.

In Po-

In pomeraniâ debent virgines & viduæ inventaria juramento corroborare. n.21.
Virginibus Pomeranicis competit etiam annus gratiæ. n.22.
An vidua duplici anno gratiæ frui poſſit. n.23.

TH. I.

COmpetit autem Virginibus Nobilibus in Pomeraniâ, ratione dotis, paraphernalium, & aliarũ 1
rerum ex ſingulari privilegio. 1. *Tacita Hypotheca* tam in allodialibus quâm feudalibus paternis bonis 2
*per concl.*2: *tit.*8. 2. *Jus retentionis* ut ex poſſeſſione bonorũ excedere non cogantur, niſi pro dote ipſis fuerit ſatisfactum *Berlich. p. 2. concl.* 32. *n.* 2 *Mynſ.cent.*6.*obſ.*45.*n.*5.*& obſ.*82.*n.*1. Id quod etiam ſecundum mores Pomeraniæ in feudis recte procedit uti teſtatur *Conſtit. VVollinenſ. de Anno* 1569 *d.* 24. *Maji* etiamſi Maſculi hæredes ſuperſint *concl.* 1, *tit* 8. Cui ſententiæ adſtipulatur etiam experientiſſimus Pomeranicarum rerum Doctor, *Dn. Mevin Conſil.* in causâ Bentz Blüchern hinterbliebenen Kindern Angeſehen daß Vermöge der rechte Pommriſcher Adelicher privilegien und Lands Gewohnheit die Töchter dazu befugt und biß zu endtlichen Ausſpruch jus retentionis in den väterlichen Güthern zugleich haben ſollen. Et hoc retentionis jus ſalvum eſt etiamſi feuda ad Dominum directum devolvantur. Et ita decretum in causâ derer Borcke Schweſter und derer Eheman Wedig von Wedel

 welchen

welchen mehr den 8000. fl. an ausſteur hinterſtellich/ welche nach dieſes Landeß privilegien jus retentionis & tacitæ hypothecæ in Henrich Borcken Lehn-Güther haben/ und ihnen wan ſchon die Lehn an den Landes-Fürſten kommen könten/ erſtattet ſeyn müſſen *Sign.* Stettin *d.* 12. *7tembr.* 1605.

II.

3 Quo retentionis privilegio gaudent etiam Viduæ tam in feudalibus *concl.* 4. quam allodialibus *concl.* 5. *tit.* 8. & *Mynſing. concl.* 6. *obſ.* 46. *&* 82. Dno. Möllero quidem in diſp. *de feud Pom. cap* 5. hæc diſpoſitio de allodialibus non placet. Verum non credo iſtas pro ſententiâ ſuâ confirmanda adductas rationes tanti valoris esſe, ut provincialem legem & ſtatutũ impugnare & penitus infirmare posſint. Nam 1. in privilegiis nobilium conjunguntur Erb und Lehn ideoq; ex utroq; rectè petuntur. 2. Quod eſt æquum in feudalibus, hoc multo magis in allodialibus juſtum eſt. *Mev: p.* 9. *deciſ.* 59. Facilius enim obligantur allodialia, in quibus Princeps nihil juris habet, quam feudalia in quibus directum dominium. Textus autem in contrarium adducti non ſunt contrarii, hinc merito inhæremus expresſis verbis Legis *& alleg. concl.* 5. donec probetur abrogatio.

III.

Ut autem vidua hoc beneficio frui posſit, re-
4 quiritur 1. ut dos ſit illata atq; probatâ *l.* 19. *ff. de probat.* quomodo autem probetur illud ſuperius dictum 2. Ut ſit liquida aut in continenti liquidan-

da-

da *Mev.p.2 deciſ.* 15. ob illiquidum enim uxori retentio non competit, præſertim cum hæredes mariti cautionem, ſe nimirum in caſum ſuccumbentiæ, id, in quod condemnati fuerint, ſoluturos, offerant & interim alimenta neceſſaria viduæ præbeant. *Carptzov. p. 2. d.* 21. Illiquidum autem reputatur quod ſtatim non apparet, ſed altiorem requirit indaginem, de quo tamen non cenſendnm eſt, tantum ex contradictione vel objectione adverſarij, ſed ex fide atq; argumento crediti *Mev. p. 2. deciſ.* 16. De cognitione autem dotis liquidæ in privilegiis Nobilium in Pomeraniâ certus modus eſt præſcriptus, nempè ut utraq; pars certo die præfinito coram dicaſterio compareat & judex utraq; parte auditâ concordiam tentet, uti pronuntiatum eſt in Sachen Bentz Blüchern Kindern contra Hans Blüchern *Mev.p.2. deciſ.* 17. *n.* 2. 3. Nonnulli requirunt ut poſſeſſio hæreditatis ſit vacua, nec abſente fortè vidua ab hæredibus apprehenſa. *Muller reſolut.* 67. *n.* 23. Qui ita in Camerâ Electorali 18. Jan. Anno 1614. in causâ Caſpar Sparens Wittw. contra Jochim Sparren zu Trampe judicatum eſſe refert his verbis obwol die Wittwe wegen ihrer Foderung das jus retententionis in Jochim Sparrenß ihres Sohnes Lehn Gütern zu haben vermeinet und dazu ſie zu verſtatten angehalten: weil aber ſie in den Gütern nicht inſiſtiret, ſondern aus denſelben ihre abſonderliche Wohnung gehabt und noch hat / iſt ſie ſich des juris retentionis anzumaſſen nicht befugt. Verum *Carptzov* hoc requiſitum rejicit *lib.* 4, *tit.* 3. *reſp.* 19. *n.* 10. *& ſeqq.* nec enim inquit dici poteſt vacuam dari poſſeſſionem bonorum defuncti mariti,

6

7

 ut

ut apprehendatur ab hæredibus, ex eo quod vidua tempore obitus fortè abfuerit, quippe quæ vivente etiam marito quaſi communem uſum ac poſſeſſionem omnium bonorum ejus habuit ſaltem jure familiaritatis. Quidni E. eam animo ſaltem retineret ut maximè corpore abſens ſit, nec realiter bona defuncti mariti teneat. Sicut enim poſſeſſio animo retinetur etſi corpore quis abſit *l. 6. ff. de acquir. poſſeſ.* Ita etiam retentio quæ eam imitatur *l. 6. ff. de acquir poſſeſ.* Et ita in Academia Viadrinâ reſponſum 13. Jan. Anno 1670. und kan derſelben nicht hinderlich ſeyn/ daß der debitor noch würcklich in den Güthern/und alſo deſto leichter dabey zu ſchützen/ eure Ehefrau ſchon längſt aus den Güthern geweſen/ auch bey dem jure retentionis mehr auff das Recht/als auff den würcklichen Beſitz zu ſehen. Itaq; quamvis vidua poſt obitum mariti non reperiatur in poſſeſſione naturali, tamen civili. *Dn. à*
3 Waldow. *c. 4. n. 14.* Et hoc etiam obtinet in filiâ, quæ, quamvis ex feudo nupſerit, & in domum mariti tranſierit, tamen ei jus retentionis non negandum eſſe creditum fuit, quod actu non retinet feudum aut in poſſeſſione ejus non eſt, haud pertinet ad jus retentionis, in quo non ſolum factum, ſed jus quoq; ſpectatur. Ex quo eſt actio ad recipiendũ amiſſum quod retinere licuit, cujus ea vis eſt, quod filia nondum dotata, ſi dotis ſolutioni non ſatis ſit, ſine morâ in feudum cujus onus eſt, pro eâ impetrandâ immitti debet, eoq; jure etiam poſt mortem ipſius liberi gaudent, ſic pronuntiatum eſt inter liberos Hans Wilhelm Tropffen contra Hans Blüchern d. 22. octobr. Anno 1655. *Mev. p. 3. deciſ. 370.*

IV.

IV.

Extendit ſe autem hoc jus retentionis non
ad omnia & univerſa Mariti bona ita ut facultates
ejus pro dote aliisq; rebus illatis retinere poſſit vi-
dua,ſed ſaltem ad concurrentē dotis æſtimationem 9
aliarumvè rerum. *Gail. l. 2. obſ. 92. n. 13. Carpzov.*
p. 2. C. 25. D. 11. In Pomeraniâ autem ſolum- 10
modo hoc obtinet, qundo creditores adſunt,
ſi enim iſti deficiunt,vidua omnia mariti defuncti
bona jure retinet. *per concl. expreſſam 3. tit. 8.*

V.

Effectus autem retentionis eſt, ut virgines 11
nobiles & viduæ interim bonis patris vel mariti u-
tantur & fruantur quoad indigentiā ſuæ neceſſita-
tis, ſeu ut ex illis alimenta capiant donec eis de dote
& illatis fuerit ſatisfactum. *Carpzov conſtit. 25. d. 12.* 12
Berlich. concl. 32. n. 21. Et hoc etiam approbat *concl.*
7. tit 8. Modum verò excedere non debent ali-
menta, ſed in hiſce conſtituendis facultatum re-
lictarum & conſvetudinis eſt habenda ratio *arg. 22.*
ff. de aliment. & cibar. Legat. Hæ autē debent retenta 13
bona bene adminiſtrare, uti conſtit Wollinenſ. de
Anno 1569. expreſſis verbis conſtitutum. Wir
befehlen und gebieten auch hierinnen abermahls al-
len Wittfrauen und Jungfrauen/ in den Lehuen für-
ſetzlichen und muthwilligen Schadens Verwüſtun-
ge und Verändrunge ſich zu enthalten ſondern wie
ihnen vermöge der privilegien als getreuen fleiſſigen
Wittfrauen und Haßhälterinnen gebühret fleiſſig
Acht und Aufſicht haben/ daß die Lehngüther in ih-
rem Stande wie ſie der verſtorbene hinterſich verlaſ-

ſen

14 ſen unverruckt und un verweigert bleiben. De fru-
ctibus autē perceptis tenentur mediante juramen-
to rationes reddere *per concl. 7. tit. 5.* Et ita pro-
nuntiatum eſt in causâ Land Rath Maſſowen con-
tra Chriſtoph Maſſowen Wittwe. d. 30. Jun. Anno
1679. verba, Sie muß aber vermöge Wolliniſcher con-
ſtitution die Güther wol adminiſtriren und die Abnutz-
15 ung mediante Juramento berechnen. Qualem rati-
onum præſtationem non ſolum exigunt agnati, ve-
rum etiam creditores uti in Camerâ Electorali pro-
nuntiatum d. 9. octobr. 1654. in causâ Chriſtian
von Frönhoffens creditoren, contra deſſen Wittw.
Dorothea Amalia von Arensdorff ibi, vidua hat das
jus retentionis reſpectu illatorum, muß aber denen
creditoribus de perceptis Rechnung thun. Non
16 cenſetur autem vidua ad rationes reddendas obſtri-
cta, quando agnatus eſt in morâ aut culpâ ut dotem
conſequi non poſſit *per concl. 8. tit. 8.* & hoc reten-
tionis jus poteſt vidua hoc caſu ſi nempè agnatus in
mora in alium transferre. *Mynſ. cent. 6. obſ. 82.*
& concl. Pom. 13. tit. 8. imò eam cedere *per d. concl.*
nam quicquid in hæredes quoscunq; eſt transmiſſi-
bile illud etiam eſt ceſſibile.

VI.

Debent autem virgines & viduæ nobiles, ſi
hujus retentiònis privilegio dignæ cenſeri velint, in-
ventaria conficere & quidem ab obitu patris vel
18 mariti intra 6. ſeptimanas per diſpoſitionem ex-
preſſam in conſtit. Wollinenſ. §. daß hinfort Jung-
frauen und Frauen ut 1. inde appareat, an feuda &
allodialia in Anno gratiæ & ſequentibus quando-
b ona

bona retineat, deteriorata ſint *concl. 2. tit. 10.* Metuendũ enim omiſsâ inventarii confectione ne virgines aut viduæ occaſione poſſeſſionis & ſub prætextu retentionis totum dilacerent patrimonium. *Mev. ad jus Lub. lib. 1. tit. 5. art. 13. n. 65.* Et 2. ut rationes eò accuratius haberi poſſint. Quisquis enim tenetur ad rationes, obligatur ſimul ad confectionem inventarii cum hoc ſit caput & fundamentum rationum. *l. 72. §. Titius ibi Bartol n. 2. ff. de condit. & demonſtr.*

VII.

Conficiendum autem eſt inventarium præſentibus agnatis, Notario & teſtibus uti Conſtit. 19
Wollinenſ traditur. Vor allen dingen durch ihre Vormunder und Freunde in Beyſein Notarien und Zeugen ein inventarium machen. *concl. 3 tit. eod.* Coram quibus res omnes mobiles & immobiles corporales & incorporales deſcribi & recenſeri debent. *concl 2. d. tit. Mev. Conſil. 21. n. 43.* Inventarium enim juſtum & omnibus numeris abſolutũ 20
habetur, quando exhibens nulla alia quam ibi deſcripta exſtare bona & creditores vel alii quorum intereſt contrarium non probant. *l. ſcimus §. licentia ibi Bartol C. de jur. delib.* Occultare enim bona jndicanda non levis ſpecies delicti eſt. *Alciat de præſumt c. 20. n. 2.* quod tamen nunquam præſumitur (niſi expreſſè probetur. *l. mentio pr. ff. pro ſoc.* In Pomerania tenentur viduæ & virgines nobiles 21
juramento inventaria corroborare quando exigitur Ita enim *judicatum eſt 27. xbr.* 1677. in

 cauſa

cauſa ſehl. Claus Steinwehren Witwe contra ſehl Johan Plötzen Wittwe ejusq; fratrem & in cauſa ſehl. Georg von Wolden Wittwe contrr Hans von Wolden in puncto repetitionis illatorum 8br. 1658. ibi, Nachdem in dieſem Hoffgericht der übliche praxis, wenn ſchon ein ſolenne inventarium auffgerichtet worden / das nichts minder das juramentum daruber von der Wittwe wenn es exigiret wird müſſe abgeſtattet werden. Et quamvis juramento inventarium corroboratum ſit, tamen ſi aliquid omiſiſſe probari poteſt, docere debet, ubi hoc omiſſum impenderit ita 22. Jan. Anno 1666. in cauſa Wolden contra Wolden Wittwe hoc modo: Ob gleich die Wittwe das inventarium mit einen corporlichen Eyde bekräfftiget/ weil dennoch keine nomina activa & paſſiva darin zu befinden/ ſo iſt Sie ſchüldig ſolche nomina nochmahlen beyzubringen und das inventarium der-Geſtalt zu ergäntzen.

VIII

22 Exinde ſequitur ſpecificationem juratam non ſupplere inventarii legitimi locum uti exiſtimat Dn. Johann Pomereſchius ICtus Pomeraniæ Celeberrimus in conſilio ſuo inter Woticken contra Manteuffeln verba ſo viel aber drittens die quæſtion anlanget ob im Hertzogthum Pommern durch eine zu Recht beſtändige Gewonheit eingeführet ſey/ quod ad evitandam juris pœnam in inventarii locum recipiatur deſignatio jurata ſo iſt dieſes Ortes denen/ die in foro verſiren ſolches nicht bewuſt/das in Pommern à conſtitutione Imperatoria abgegan-

gen und durch eingeführte Gewonheit hæredes loco inventarii ad juratam deſignationem admittiret ſeyn ſolten. Ich erinnere mich auch nicht. ex reſponſis antecesſorum Facultatis Juridicæ oder das die Zeit über/ da ich in die 22. Jahr in collegio ICtorũ geweſen jemahlen ſolche Gewonheit allegiret, vielweniger daß ſie in decidendo & reſpondendo ſolte admittiret ſeyn. Wie dann auch der offt allegirte Hr. Mevius ut accuratisſimus conſuetudinum Pomeranicarum obſervator, nicht würde unterlaſſen haben ſolches anzuzeigen/ wen dergleichen Gewonheit in Pommern jemahlen eingeführt geweſen. Quod tamen etiam ſuas limitationes habet. 1. Quando Finis vel effectus inventarii eſt ſaltem notitia bonorum *Mev. p. 2. deciſ. 96. n. 2.* 3. in caſu necesſitatis ob belli calamitatem vel locum non tutum. *Mev. ibid.* & ita reſponſum eſt à Viadrinâ Facultate in cauſa Mildenitzen contra Mildenitzen d. 9 decemb. 1651 3 Voluntate eorum quorum intereſt. *Mev. d. p. 2. deciſ.* 196. qui renuntiare posſunt juri pro ſe introducto.

IV

Si autem virgines vel viduæ nullum inventarium confecerint, traditur in conſtit. Wollinenſ illas amittere ihre fräuliche Gerechtigkeit / die Begnadung und den Beſitz des eröffneten Lehns. Hæres autem adeundo hæreditatem abſque confectione Inventarii ſolennis in ſolidum etiam ultra vires hæreditatis obligatur. *l. quæ dotis ff. ſol. matrim. l. ſi te bonis C. de jur de lib.* Et agnati quando 23

 ipſis

ipſis ſemel defertur hæreditas, tenentur beneficio inventarii adire hæreditatem, alias non confecto inventario obligantur in ſolidum per conſtit Pom: Julinenſem verba. Wann die Erbſchafften auff die Lehnsfolger mitt fallen / und ſie dieſelben ſine beneficio inventarii annehmen / ſo ſollen ſie von Erb und Lehnen die Ausſteur und alle Schulden tragen/ & ita judicatum eſt in cauſa Claus Steinmehren Wittwe contra Jochim Plötzen qui & ſucceſſor feudi & hæres erat: daß Beklagter ſambt er beneficio inventarii ſchl. Jochim Plötzen des Eltern hæreditatem adiret inner 6. Wochen bey bringen muſſe. Stargard den 7. 7tembris 671 Hoc prolixius pertractat Mevius in conſilio inter Claus Schwerins hinterlaſſenen Erben.

X.

3. Competit virginibus nobilibus in Po-
23 meraniâ ex ſingulari privilegio *jus prælationis* publicè enim inter eſt inquit *l.* 1. *ff. ſolut matrim.* do-
24 tem mulieribus conſervari. Præferuntur enim viduæ omnibus creditoribus anteriorem expreſ-
25 ſam hypothecam non habentibus *Concl.* 1. *tit.* 9. *Dn. Richt. de privil Credit. c.* 3. *ſect.* 1. *p.* 226. Quod tamen in virginibus locum non invenit, quæ deducto ære alieno dotem ſolummodò conſequuntur
26 ut ſuperius dictum. Hoc autem jus viduarum incipit à tempore ſolutionis non verò nuptiarum per expreſſum Concl: 2. tit. 9. Et præfertur non ſolum cum dote verum etiam ejus augmento
27 *l.* 8. *C. de jur. dot.* Nec non paraphernalibus &

ſuim

ſimilibus bonis juxta *concl.* 3. *tit. eod.* Cujus contrarium de Marchiacis moribus ſtatuit *Dn. à* Waldow. *in diſp. alleg. c.2.n.66.* Et ita in Camerâ electorali pronuntiatum eſſe teſtatur inter Fr. Barbaram eleonoram gebohrne von Platowen & Weichand Erdmanns von Bredowens Wittwe d. 27:1648. 29
Transfert etiam vidua hoc jus prælationis ad ejus hæredes ſive aſcendentes ſive deſcendentes *concl.* 4. *d. tit.* Cum jure communi hoc prælationis privilegium ad ſolos liberos tranſeat *l. ult. C. qui pot. in pignor* non vero ad reliquos mulieris hæredes. *l. un.* §. 6. *C. de R. V. A* 30

XI.

31 Habent virgines hoc prælationis beneficium, quando dos ex maternis illatis eſt conſtituta, ita enim putat *Dn. Alev. in ſpeciali conſilio in cauſa* Anthon Detlaffs von Schwerin. *contra creditores* Ob nun wol dieſe conſiderationes kein geringen Schein fürzeigen halte ich dennoch mehr gegründet zu ſeyn / das diejenigen welche zu der Töchter Ausſteur / ſo die Mutter auff ihr eingebrachte Güther geleget etwas angeliehen deſſelben Rechten genieſſen. Id enim certi juris eſt, quod in perſonalibus actionibus & privilegiis qui poſtea contraxerunt, ſi pecunia illorum ad priores & privilegiatos creditores pervenerit illi in horum jus & locum ſuccedant. Sicut manifeſtis & indubitatis LL. cautum exſtat in *l. 2. de ff. Ceſſ. bon. l.* 7. §. *autem. ff de SCto Macedon. l. Fin c. de privil. fiſci.* Id verò privilegium qua vidua dotem ante alios creditores repetit

 per-

rinde eſt tacitæ hipothecæ adnexum ac iſtud quo fiscus gaudet, cujus jure quisque utitur, à quo ad illum pecunia pervenit *per text expreſſ. in d. l. final. C. de privil. fiſci.* Et *Mev.* hoc ita extendit, ut qui talem dotem ex maternis illatis conſtitutam ſolvit, tranſeat in illud prælationis jus. Hinc ejus verba in alleg: conſilio Schwerins contra creditores apponere operæ pretium exiſtimo Ob nun woll was Anthon Detlaff von Schwerin zu ſeiner Schweſter Ausſteur bezahlet/ Er gleicher Geſtalt ante alios creditores ſolches wieder fodern und darin dotis maternæ prælationem genieſſen könne iſt mehr zweifelhafftig/ gleichwol wann mehr ex æquo& bono als ex ſubtili ſtricti juris ratione dieſes ſol erortert werden iſt ſeine intention folgender Geſtalt zu behaupten/ Einmahl iſt intentio matris & filii ſolventis originaria & principalis dahin gerichtet geweſen/ daß weil die Töchter aus den väterlichen Güthern ob magnitudinem æris alieni ihre Auſteur nicht haben können die mütterlichen illata dazu angewendet worden/ und wenn die Töchter und dero Ehemann contentiret wären/ der Sohn dadurch jura ſoluti privilegiati debiti erlanget/ dabeneben zum andern iſt wol zu conſideriren daß der Sohn nicht die mutter den Töchtern auff der Mutter Anweiſſung nicht als ein debitum paternum ſondern als ein beneficium matris derſelben Willen zu ergäntzen ihre Ausſteur gezahlet und dagegen ihm die mutter ihren dotem bey dem Lehne gelaſſen. Wie Er nun nicht ſchuldig geweſen die Schweſtern von den Seinen zu dotiren der

Vater

Vater auch nichts verlaſſen davon ſolches zu neh
men in reſpect auff der Mutter Ehegeld und an
drer Foderung ſolches geſchehen ſo folget daß da die
Mutter ihm zu der Erſtattung verbunden und er
ja nicht ſolte ipſa ſolutione ſororibus facta in ihre
jura treten/oder auch ſolches ob aditionem hæredi-
tatis gewehret werden / dennoch die Mutter ihm
hierin ein Gewähr leiſten und alſo nichts deſto min-
der die creditores zugeben müſſen daß die potiora
jura matris ihm vorgezogen werden. Et paulo
poſt inquit. Wann demnach Antohn Detlaff von
Schwerin des Rechten mittgenieſſen wil welches
der Mutter ante alios creditores zuſtändig und die
ſen ex illius facto nichts abgehet / ſo haben ſie ſich
auch nicht zubeſchweren Tale prælationis privi-
legium exercent etiam ſorores contra viduam
fratris defuncti ob prius tacitæ hypothecæ jus
per *concl*. 5. *tit*. 9. Nec non prioris matrimonii
filiæ contra viduam ſecundi matrimonii tam ra-
tione maternæ, quam propriæ ante ſecunda vo-
ta conſtitutæ dotis, juxta *concl*. 6. *tit*. *eod*.

XII.

Porro competit virginibus nobilibus in Po-
merania annus gratiæ, ſi nulla maſcula proles ex-
ſtat, *arg. concl*. 2. *tit*. 11. *vid conſtit. VVolline*ſ. *de Anno*
1569. 24. *Maji* in omnibus relictis bonis, ſive veris
& cum pacto retrovenditionis emptis feudis *conl*.
9. *d. t*. ſive allodialibus & vivente etiam maſculo
immiſſis bonis *concl*. 8. & 10. *eod*. & incipit à die
mori-

morientis vaſalli *concl 1. tit. alleg.* quinã veró & quales fructus virgines & viduæ durante anno gratiæ percipere poſsunt, prolixè patet ex conſtitutione Wollinenſi. Item *ex tot tit* 11. 12. *&* 15. *concluſorum Pomeranicorum*, ſecundũ quæ, in obvenientibus caſib9 in judiciis pomeranicis pronuntiari ſolet. Ideoque ne actum agamus ad hæc Benevolum Lectorem remittimus. Illam tamen quæſtionem hic movere operæ pretium duco, nempè an vidua percepto jam anno gratiæ propter mariti obitum moriente filio alio novo iterum frui poſsit. R. viduam quidem ob filii fata rectè conſequi annum gratiæ per *concl.* 15. *tit.* 10. Verum ex Pomeraniæ conſvetudine judiciariâ videtur aſſerendũ hoc concluſum ſaltem obtinere, quando vidua ob mariti mortem nullum annum luctus conſecuta eſt, alias quia duæ lucrativæ cauſæ in unam eandemq; perſonam concurrere non poſsunt. Ideo duplici anno luctus gaudere non poteſt. Et ita pronuntiatum eſt in cauſa Landtr. Maſſowen contra Maſſowen Wittw. und Erben Vormunder d. 30 Jun. 1697. verba Geſtalt dann die Wittw. nicht ein Gedoppeltes/ beſondern nur ein Gnaden-Jahr zu genieſſen hat.

Cap,

CAPVT IV.

DE JUDICIO ET PROCESSU DOTIS

SUMMARIA

Proceſſus dotales inſtituuntur in Pomerania coram Dica. ſterio das Hoffgericht *n.* 1.
Quæ tamen regula etiam ſuas habet exceptiones *n.*2.
Judicum inferiorum juriſdictio ultra compoſitionem amicabilem ſe non extendit *n.*3.
In cauſa dotis regulariter inſtitui tur proceſſus comunis *n.*4.
Singularia tamen habentur in agnatis moroſis *n.* 5.
*In virginib. & viduis moroſis n.*6.
Et in appellatione *n.* 7.
Quæ locum non habet in puncto promiſſæ & non numeratæ dotis *n* 8.
Item ſi hæredes reluctant *n* 8.
Pariter quando fidejuſſores intercedunt *n.* 10.
In omnibus cauſis dotalibus *n.*11.
Etiam quando inter virgines & creditores oritur litigium *n.*12
Et denique ſi maritus defuncta uxore illata debet reſtituere *n.*13.
Et licet aliquis præter ſpem proceſſum ad Cameram Impetraret tunc appellatio ſaltem devolutivum effectum ſortitur *n.*14
Præſtita enim à virginibus cautione agnati tenentur illis relinquere quidquid eis adjudicatū *n.*15.
Et hoc vice verſa in virginibus & viduis obtinet *n.*16.
Quæ hactenus de dote dicta pari modo de creditis illiquidis ſunt intelligenda. *n.* 17.
An beneficium transmisſionis actorum in dotis cauſa impetrari posſit *n.*18
Hæc autem tractata jura obtinent in inferiori Pomerania in Hinter-Pommern *n.*19.

T H: I

EXpoſitâ jam elocatione virginum nobilium in Pomeraniâ, nec non juribus ex dote profluentibus, pergendum nobis eſſe exiſtimamus ad ultima jura virginibus attributa, nempe ad judicium & proceſſum dotis, & ſciendum eſt circa fori competentiam quod cauſæ dotales ſecundum Pomeraniæ ſtatuta non ad primã
1 ſcil. an die Landtvögtey und Burg Gericht ſed ad ſecundam inſtantiam an das Hoffgericht immediaté ſine devolvendæ *per concl. 1. tit.* 24. daß alle Ausſteur Sachen an das Hoffgericht immediate gehören quod etiam in conſtit Wollinenſ. diſpoſitum verba: Wir ordnen und wollen auch daß hinführo wañ ſich die agnaten und Lehns Folger Wittw. und Jungfrauen vor ihrer beyderſeits Freunden unſern geordneten commiſſarien der Ausſteur und fräulichen Gerechtigkeit halben in der Güthe nicht vergleichen können/ ſondern beyde Theile die Sache zu unſerer moderation und Erklärung ſtellen/ wir auch Spruch und Erkandtniß darüber ergehen aſſen wollen & ita factum in ſæpius allegata causâ Landtr. Maſſowen contra Maſſowen Wittw. Patitur tamen hæc regula ſu-
2 am juſtam exceptionem vid. quando unanimi partium conventione hoc judicium inferius pro amicabili tranſactione tentanda electum, nam hoc caſu conventum quaſi ex compromiſſo pro recto & juſto habendũ eſt, cõventio enim partium actui legem dicit & præſcribit *l. 1. convenerit. ff. depoſiti l. ita quis §. ea lege ff. de V. O.* Cujus eadem vis eſt quæ ſtatuti & judicati *Bald. conſil.* 213 *in fin lib.* 2. ut ipſi ſtandum minime de eo diſputandum ſit, cũ ea dubia per placita cenſentur rejecta *Mev. conſil.* 35 *n*107

Hæc

Hæc tamen jurisdictio judicis inferioris non ulterius ſe
extendit quam ad compoſitionem amicabilem *d. concl.* 1
die Landvogtey und Burg Gericht/ die güttliche Handelũg
verſuchẽ uñ wo müglich die Sache in Güthe accom̃odiren
Si autem fortunatum propoſiti eventum conſequi non
poſſunt & partes pertinaciter reluctantes ad pacificati-
onem perſvadendi non ſunt ad forum ſuperius ſunt re-
mittendi; Illud tamen quod ab unâ vel alterâ parte in
hoc amicabilis tranſactionis actu confeſſum & conceſſũ
éſt petentis parte in probanti formâ ad judicium ſuperi-
us pro meliori judicis informatione transmittendum
eſt.

II.

Proceſſum autem dotalem quod attinet, in Pomera- 4
niâ idem regulairter ſervandus, qui in aliis de jure comu-
ni ac uſu fori cauſis obtinet, nam jure ſtatutorum pecu-
liaris ordo non eſt præſcriptus, ideó recurrendũ ad jus
com̃une. Quædam tamen ſingularia in materiâ dotis ha-
bentur & quidem 1. quando agnati in caſu aperturæ feu-
dorum obæratorum vel ad ſuccedendũ vel ad refutan- 5
dum ſe declarare nolunt, tunc iſtis præfigitur terminus
ad 3. menſes ita ut ſi intra hoc temporis ſpacium nulla de
claratio ſubſequatur â ſucceſsione excludantur, remoti-
ores veró agnati admittantur *concl.* 2. *tit* 24. Et quicquid
virgines durante hac morâ perceperint de his agnato
moroſo poſtea rationes reddere non tenentur *per alleg.* 1
concl. 2. Illud quod de agnatis dictũ obtinet etiã in viduis 6
moroſis; his enim 2. menſiũ ſpatium determinatur ſub hac
com̃inatione ut in caſu non ſubſequentis voluntatis ab
hæreditate planè excludantur & agnati ad ejus poſſeſsi-
onem admittantur *concl.* 3. *tit eod.* 3. Quod & appellatio
neq; in causâ alimentorũ neq; dotis locum habeat. Non

 enim

enim in alimentis nam id certum eſt, quod licet quis à ſententiâ in cauſâ alimentorum prolatâ appellaverit non deferri debeat appellationi. *Rebuf. in tit de appel. art. 7. gloſſ. 2. n. 10. tom. 3. Surd. in tr. de aliment. tit. 8. privil. 60. n. 5.* Et quamvis aliquo caſu deferatur, devolutivum ſaltem non verò ſuſpenſivū effectū habet, eaq; pendente nihilominus alimenta præſtanda aut per executionē exigenda ſunt. *Lancellott in tr. de attentat.* p. 2. c. 12. *Limit.*
8 24. *n. 6. & ſeqq.* Neq; appellatio ad Cameram Imperialem locum invenit in causâ dotis & quidem ſecundum *concl. 4. tit* 24. in ſubſeqq. caſibus nempe quando ſucceſſor feudi promiſſam dotem non numeravit, & ad ejus ſolutionem judicis decreto condemnatus eſt. Item 2.
9 quando hæredes ejus reluctant. 3. quando fidejuſſores
10 ad agnatorum preces pro dote intercedunt 4. Non tan-
11 tum in apertis feudis verùm etiam in omnibus cauſis do talibus in allen außſteur Sachen etiam ſi inter agnatos
12 & filias ſorores & fratres lis intercedat 5. Nec non ſi virgines & viduæ non quidem cum agnatis tamen cum creditoribus litigant & ſententiam impetrant. Et deniq;
13 6. ſi maritus poſt fata mulieris ſuæ omnia illata hæredibus reſtituere debeat. Et in his enumeratis ſex caſibus non defertur appellationi, etiamſi in Camerâ Imperiali appellatio impetraretur, tunc illa vel effectū
14 ſaltem devolutivum ſortitur *concl. 4. tit eod.* vel illa per apoſtolos refutatorios impugnatur, uti factum in Sachē Jobſt von Dewitzen wieder ſeines Brudern Curd von Dewitzen ſehl. Sohne in dicaſterio Stetinenſi Anno 1618. d. 15. Aug. verba: und ſoviel dieſe Parteien betrifft / gönnet S. Fürſtl. Gnad. dem einen ſoviel als dem andern / könten auch dahin geſtellet ſeyn laſſen wie und welcher Geſtaldt
ſie

ſie am Käyſerſerlichen Cammergericht ihr beſtes verſuchten. In den juſtifications articuln aber werdẽ unterſchiedliche aſſertiones geſetzet/ ſo den Pomriſchen Satzungen/ Ordnungen/ privilegien und ſtetigem unverrucktem ſtylo nicht allein ungemäß/ ſondern auch gar zuwieder ſeyn welche auch da ſie alſo hingehen ſolten ſchädliche Einfuhrungen gebähren würden

III.

Agnati & hæredes ſi appellant, debent accepta cau- 15
tione à virginibus vel viduis illis relinquere quicquid eis adjudicatum uti patet ex conſtit. Wollinſ. §. würde aber der Lehnsfolger und die Erben ſich unſer Erklärung beſchweren.

IV.

Si autem virgines vel viduæ Domini moderatione 16
non contentæ ſint & beneficium appellationis arripiant, tunc reſcribitur in prædictâ conſtitutione his verbis Da Wittwen und Jungfrauen aber an ſolcher unſer moderation und Erkändtnüß nicht Begnügen tragen/ ſondern ſich davon an das Käyſerl. Kammergericht beruffen würden/ daß alsdann die ſucceſſoren und Lehnfolger doch darin ſo viel jedem obgeſetzter Ordnung und Erklärung nach eignet und gebühret unverfänglich eines jeden Rechten den Wittw. und Jungfrauen die moderirte und erklärte ſumma an ingebrachten Brautſchatz Verbeſſerũg des Ehegeldes/ Fahrnüß und andre alſobaldt bahr entrichten oder da die Bezalung oder Erlegung auff getheilte unterſchiedliche termine vermöge unſer moderation geſchehen ſolte mitt genugſahmen Bürgen/ nach unſer Ermesſung verſichern und da die Wittw. und Jungfrauen die Bezahlung oder Verſicherung nicht annehmen wolten Als den dieſelbe ſumme und Verſicherung in unſer Hoff-

Stadt und andre Gerichte gezehlet und verſiegelt nieder legen und dabeneben anloben und gebührlichen caviren ſollen; Wofern ihnen durch Urthel und Recht im Käyſerl. Cammergericht ichts was mehr zu thun aufferlegt würde/ den Wittw. und Jungfrauen daſſelbe hernacher alles was erkandt zu entrichten und folgen zu laſſen. So wöllen wir auff beſchehene depoſition und caution der Lehnfolger nach Ausgang 4. Wochen den nechſten durch unſern Ambtman unter deſſen Verwaltung die Lehngüther belegen oder einem dem wir das befehlen werden an die eröffnete Lehngüther und Erbſchafft weiſen und waltigen laſſen. Die Frauen und Jungfrauen ſollen darauff die Güther bey der Straff die wir jederzeit bey der Anweiſung drohen ordenen und anſetzen das Guth zu räumen ſchüldig ſeyn.

V.

17 Quod de dote jam dictũ illud obtinet etiã in creditis illiquidis, nam conſtitutionibus Pomeranicis eſt proviſũ, ut in cauſis debiti in ſchuld Sachen quæ fundantur in Chirographis debitorum, appellationes ad Cameram Imperialem non alium qnam devolutivum ſortiantur effectum, minime ſuſpenſivum, ſed præſtita per appellatum cautione fieri debet executio. vid. Langtags Abſcheid de Anno 1614. De quo Mevius in ſpeciali conſilio inter Hans Chriſtian Ulrich & Eraſmus von Kuſſowen contra Jacob Viereggen creditores.

VI.

18 Q. tamen ſi in dotis causâ cum ſuſpenſivo effectu appellare non liceat: an beneficium transmisſionis actorũ impetrari poſſit Et R. quod moribus noſtris judices tranſmisſionem actorum vel ad petitionem partium præcipué ſi juſtas petitionis ſuæ cauſas allegent, vel ex offi-

officio decernere posſint idq; ordinationibns judiciariis inPomeraniâ firmatum eſt. Inde iſtam denegare inter ſuſpecta habetùr, ideoq; impugnandæ ſententiæ contra tale petitum latæ jus compeтere videtur. Exceptæ tamen ſunt provincialibus LL. aliquæ cauſæ iu quibus tranſmisſiones actorum ut ut à partibus rogatæ non decernuntur, quales illæ ſunt, quæ ex conſtitutionibus & conſvetudinibus provincialibus dijudicari debent, uti hoc in decreto viſitationis Illuſtr. Principis Philippi II. ordinatum legimus cujus ſub *Tit* 16. von relationibus und Begreiffung der Urthel hæc exſtant verba. Wann auch das eine oder ander Theil umb Verſchickung der acten bittet/ ſol dieſelbe gleicher Geſtalt angeordnet werden/ jedoch ſtehet ſolches billig zu unſers Hoffgerichts Ermäſſigung dann in Sachen ſo Adelicher Witw. und Töchter Außſteur betreffẽ/ oder die auff dem Landgebrauch und Landts conſtitutionen und Ordnungen beruhen/ davon der auswertige Richter keine information hat, iſt die Verſchikkung der acten bedencklich und den Partheyen damit nicht gedienet.

VII.

Tandem cum ad optatam noſtri propoſiti Metam 61
Deo duce & auſpice contingere licuit, noſtræ disſertationi ne juſtos diſputationis terminos egrediamur imponimus colophonem hac Qv. An nimirum hæc omnia quæ hactenus tractata ſunt uſum ac obſervantiam obtineant in utraq; Pomeraniâ & R. Pomeraniam quidem tam citeriorem quam ulteriorem conſtituere unum corpus comunia habere privilegia & idenditate legum gaudere *Mevius p.* 5. *deciſ.* 247. *n.* 2. Tamen extra dubitationis aleam eſt, citeriorem Pomeraniam in nonnullis cauſis & caſibus ſecesſiſſe à privilegiis ulterioris Pomeraniæ, ut peculiares eorum conſtitutiones, conventiones & con-

cluſa

cluſa abundè teſtantur & Mev. in conſtit rechtliches Bedencken von der Pomr. Lehngüther Eigenſchafft tradit: Weil aber die vor und hinter Pomr. Regirung unterſchieden/ und in ſolchen Sachē nicht allezeit comunicatis conſiliis & ſtudiis verfahren: hat ſich dahero begeben/ daß an beyden Orthen der Lehngüther halben nicht einerlei Recht Gewonheit und Gebrauch geblieben / ſondern ein jeder Orth Landes in vielen puncten ünterſchiedliche obſervantz eingeführet. Item n. 18. Man hat auch aus vielen præjudiciis zu befinden daß in Stetiniſcher Regierung nicht allezeit den concluſis nachgegangen / ſondern von denen abſtimmig judiciret worden/ woher dañ leicht abzunehmen wie die Lehn Rechte und Gewonheiten an beyden Orten der Pomr Regirung nicht überall gemein und eintrachtig und was etwa an einem Orth durch gewiſſe Schlüſſe eingeführet und in Gebrauch gebracht/ am andren inſonderheit bey nicht befindlicher reception kein Recht mache noch für recht könne gehalten werden. Quæ autem hic commemoraſſe per ingenii vires licuerunt præcipuè de dulciſſima Patria, Pomerania ſcil. inferiori intellecta velim. Non enim aliarum LL. defenſio mihi curæ cordiq; eſt quam patriarum, quas vel ignorare vel planè negligere nobili ac patritio turpe habetur. *in l neceſſarium ff. de orig. jur.* Non dubito quidem ſtatuta utriuſq; Pomeraniæ in multis ac ferè in omnibus conſpirare & convenire præſertim in hac dotationis materia quoniam autem Settinenſis Regiminis Praxis mihi ignota eſt; Hinc ſutor ultra crepidam eſſe nolui. Hæc itaq; ſunt, quæ de judicio & proceſſu dotali in medium proferre licuerunt; Cum autem de his, uti majorem curam, ita & meliorem notitiam iſti habent, qui quotidiè in foro verſantur, quam qui academico adhuc ſtudio dediti

ſunt

ſunt. Ideoq́ ſpero ſi aliquid vel omiſſum vel erroneè poſitu m eſſe depreh endatur, me eo facilius excuſationem impetraturum eſſe. Quando enim ad forenſia ſubſellia aliquando contingere & mihi evenit, hanc diſſertationem Benevolis Lectoribus emendatiorem promitto, quo promiſſo etiam vela diſputationis meæ contraho & Supremo Numini pro clementiſſima ſuæ gratiæ conceſſione immortales exſolvo gratias, illum indeſinenter rogitans ut ſtudia ſuo auſpiciò feliciter hactenus ducta porrò in ſempiternam ſui nominis gloriam, parentū & totius generoſæ familiæ ſolatium, Patriæ autem utilitatem & incrementum dirigere velit.

COROLLARIA

I.

Feuda Pom. non ſunt mera Principum beneficia ſed ſaltem feuda anomala, mixta & uniformia. Antiquis enim temporibus Pomeraniæ gentes omnia bona intra cancellos juris proprii hæreditariјq; detinebant. Cum autem neſcio quo novercantis fortunæ ſidere ſibi falſo perſvaderent, maximam ſuæ felicitatis partem in eo conſiſtere ſi fierent Vaſalli Imperii Germanici, inde factum ut Duces Caſimir. II. & Bogeslaus II. anno Chriſti 1180. Frid. Barbaroſſæ Rom. Imp. ſe ſuasq; Provincias ſub nexu vaſallagij ſubmitterent. Similiter nobiles vicinarum Regionum exempla imitati paulatim libertati cæperunt valedicere & bona ſua libera ſub nexu feudi poſſidere. Illud tamen veteris libertatis veſtigium adhuc ſupereſt, de quo nobis gratulari poſſumus quod noſtra feuda aliquam veterum bonorum naturam retinuerint & pro feudis anomalis mixtis & improprijs habeantur *uti Princeps Philippus II. in cauſa* Dewitz *contra* Dewitz *ipſe teſtatur anno* 1618. d. 16. *Aug.*

II.

Feud. Pom ære alieno obnoxia ſunt eatenus quaten,

 bonis

bonis allodialibus creditores ſibi conſulere non poſſũt; uti conſtat ex privilegio Ottonis II. de anno. 1464. & Bogeſlai X. de anno 1474. Verſtürve ock jemandt un de Lehne / quemen an die Herrſchop un ſines Erves nich ſo vele wehre / dat man de Schult Gelden könde / ſo ſchall dat Lehn de Schuld gelden ſo fern edt wendet. Et hoc confirmatum in reviſione privilegiorum anno 1560. & in receſſu Provinciali anno 1606. § Da aber der Lehnman habentur hæc verba. Daß alſo des Verſtorbenen Güther Leumuth und Nahme gerettet / und er in der Gruben nicht geſchmähet werden möchte / Landtags Abſcheid zu Treptow. 8. Mart. anno 1608. weil die Pommern über den alten Pomriſchen Glauben und adeliche Treue als über ein köſtlich Kleinoth ſteiff und feſte gehalten. Dux Bogeſlaus in literis ſuis reſponſoriis ad D. Philippum Julium d. 27. Febr, anno 1605. und Verſchreibungen wie ins gemein von allen ehrbahren Leutē alſo und zwar vielmehr von Adels Perſonen billig gehalten Adeliche Treue / Glaube und Ehre zeitlichen Güthern müſſe vorgezogen werden.

III.

Feud. Pom. poſſunt in ſolutum dari per reſcriptum Colbacenſe D. Joannis Friderici anno 1581 an die Hoffgerichts Rähte zu alten Stettin datum. Und darauff mitt gemeiner der Landſchafft Bewilligung verordnet und beſchloſſen daß ein jedweder beſchuldigter wann er ſoſt nicht ſolvendo Vermöge der Land privilegien zu Rettung ſeiner Ehrē ſeine Lehn in ſolutū ſeinen creditoren gebē möge. hoc reſcriptum ad preces Dn. Statuum confirmatum eſt anno 1585. & Fürſtl. Abſcheidt auff der Ritterſchafft auſſm Landtage anno 1588. übergebene gravamina n. 10.

VI.

Feud. Pom. revocari non poſſunt. Ratio eſt 1. quoties jure provinciali permittitur alienatio toties ceſſat revocatoria actio 2. Ubi habentur feuda mixta ut ſunt Pome

ranica

ibi agnatis non competit revocatio juxta ICtotũ comunem ſententiam 3. Quoties agnati in feudo ſucceſſuri tenentur præſtare facta defunctorum contra alienationẽ venire non poſſunt, nec alienata revocare 4. Quoties debita ita ſunt comparata ut eorum nomine agnati tenentur idq; & inviti agnoſcere obſtricti ſunt, toties ceſſat revocatio ut eſt concors ICtorum opinio, & ſic etiam judicatum eſt in Dicaſterio Epiſcopali Cöslinenſi *d.* 12. *Mart. anno* 1645.

V.

Simultanea inveſtitura in Pom. non eſt unica cauſa, origo & fons ſuccedendi in feudis antiquis, ſecundum quam ſolæ ſucceſſiones regulantur, ſed eſt recognitio agnationis & futuræ ſucceſſionis, & in antiquis per illã non inducitur, ſed conſervatur, declaratur & confirmatur jus ſucceſſionis. *Et ita in cauſa* Dewitz *contra* Dewitz *reſcripſit Dux Philip.* 16. *Aug. anno.* 1518. ſimiliter à Paribus Curiæ pronuntiatum in causâ der Petersdörffer contra Bogeslaum Magnum *d.* 8. *Apr. anno* 1545.

VI

Bona Domanialia ſeu patrimonialia quæ ordinaria ſuſtentandi ſtatus publici media ſunt, in Pomeraniâ alienari non poſſunt die Fürſtl. Pom. Tiſch und Taffel Güther ſind ihrer Natur und Eigenſchafft nach/ nicht in commercio, ſondern inalienabel daher zu ewigen Zeiten den Wiederuff unterworffen ſeyn. *Mev. conſil. poſthum* 27 *n.* 35. Landtags Abſcheid zu Wolgaſt *anno* 1624. *Chemnit. in conſil inter Budden & Schmelingios*

VII.

Viduæ defunctorum Paſtorum habent in Pom. annũ gratiæ h. e. omnes reditus ſequentis anni. vid. *Georg Dedekin. vol.* 1. *conſil. Theolog. p.* 2. *ſect.* 2. *n.* 16. *p.* 808. ubi refert. Ein Bedencken der Theologorum in Pom. vom Gnaden Jahr der Pfarrer Wittw. *de anno* 1502. ſolent et-

re vel certa pecuniæ quantitate quam appellant ein Witwen Geld/ vel temporali inhabitatione ædium mit einen Wittw. Sitz. Habetur etiam talis conſvetudo, quod novus Paſtor prædeceſſoris viduam vel filiam in uxorē ducere debeat, de qua tamen conſvetudine an ſimpliciter admittenda ſit (non immerito dubitandum, quia per illam libertas matrimonii infringitur, ipſa vocatio redditur illegitima, & ſucceſſio in Eccleſia fit quaſi hæreditaria

VIII.

Ruſtici in Pom. ſunt homines proprij Leibeigene, coloni glebæ adſcripti Pomr. Land *ord. tit. 2.* von Bau und Bau Knechten auch Eigenſchafft der Bauren Ideoq; Domini liberam habent facultatem ruſticos ſuos vel transferendi, vel dejiciendi, agrosq; eorũ adæquandi; Tenentur enim illi non dominii conditione, ſed ſervitutis jure *Köppen deciſ. 3. n. 2. p. 2.* Wie dann auch die Bauren und coloni gar kein dominium nec directum nec utile auch keine Erbgerechtigkeit nec ex contractu Enphyteutico nec libellario neq; cenſuali weder eigenthümlich noch ſonſt daran haben/ vielweniger exceptionem perpetuæ coloniæ und daß ſie und ihre Vorfahren über 50. und wol 100. Jahren die Höfe bewohnet haben vorwenden können. Landt Ord. *d. l. Et ita judicaverunt Prælati Caminenſ. in cauſâ* der Einwöhner zu Neklatz *contra* Hans und Peter Dieckken *anno. 1656. 17 Jun. vid. Mev. conſil. inter* die Güntersberg und des Dorffes Damnitz Bauren. *n. 89.*

HERMAN CONRINGIUS

JUVENI

Genere Virtute ac Eruditione Nobilisſimo

JOHANNI GEORGIO DE COLLREP

Eqviti Pomerano.

S. P. D.

Sicuti in alijs pleriſq; humanæ vitæ inſtitutis, ita circa fœminarum quoq; dotem ingens ſemper fuit & nunc etiam eſt varietas. Et verò in univerſum de majoribus noſtris Germanis ſcripſit rerum ſui ævi locupletisſimus teſtis Cornelius Tacitus: *Dotem non uxor marito ſed maritus uxori offert.* Fuit autem, ſaltim olim, id ipſum multarum gentium, etiam moratisſimarum quamvis, uſu receptum. Imò nec ſapientisſimo legislatori Deo Optimo Maximo, in ſua Iſraelitarum republica improbatum, mulieribus ab hereditaria ſimul agrorum poſſesſione per edictum excluſis, niſi esſent ἐπίκληροι, defuncta ſcilicet demum maſcula ſtirpe. Non tantùm verò refert plurimum, utrum maritus uxorem an autem uxor maritum dotet, ſed intereſt ſimul & qualis & quanta ſit dos mulieris. Quapropter etiam Tacitus ſupra laudatæ narrationi ſta-

terſunt parentes ac propinqui, & munera ſponſi *probant: munera non ad delicias muliebres quæſita, nec quibus nova nupta comatur, ſed boves & frenatum equum cum framea gladioq. In hæc munera uxor accipitur, Atq. in vicem ipſa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana ſacra, hos conjugales Deos arbitrantur: ne ſe mulier extra virtutum cogitationes extraq. bellorum caſus putet. Ipſis incipientis matrimonij auſpiciis admoventur, venire ſe laborum periculorumq. ſociam, idem in pace idem in prælio paſſuram auſuramq. Hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc arma denunciant. Sic vivendum, ſic pereundum.* Talis olim fuit in Germania dotis ſubſtantia: alibi alia obtinuit, eaq; ut quondam à Romanis ita hodie à noſtris quoq; moribus admodum differens. Nec vero etiam in dotis ratione, quemadmodum illa ſeſe habeat, leve eſt ſtatus quoque publici ſitum momentum: utpote cum in conſervatione originariarum familiarum, reſpublica quævis quæ quidem populi ſalutem quærit, non ſola autem dominantium commoda (his enim fateor longe aliud agendum venit) ſuam integritatem haut tenui ex parte habeat collocatam, ſalva autem eſſe nequeat, niſi ſaltim originariæ iſtæ familiæ probè ſemper fuerint ſufficienti bonorum copia inſtructæ. Quæ perit non luxu duntaxat ſed etiam incon, ſultis donationibus, & effreni teſtandi fœminasque

que dotandi conceſſa facultate. Id quod jam tum olim ipſe Ariſtoteles prudentisſimus civilis ſapientiæ magiſtèr docuit, & multæ civitatũ mutationes nunc etiam teſtari ſunt idoneæ, modò juſtâ curâ attendas vel ſolius Germaniæ noſtræ veterem novamq; conditionem. Non in proletario igitur argumento exerces induſtriam tuam Nobilisſime Collrepi, dum patriæ tuæ Pomeraniæ generoſarum virginum jura atque conſuetudines dotales diſcutis, ſed reapſe ſimul eo ipſo verſaris circa aliquid cui ſtatus ipſe reipublicæ veſtræ innititur. Abſq; verò etiam foret illa occupationum tuarum dignitas, laudem tamen ſingularem etiam vel ſolum mereretur eximium ſtudium comparandi haud vulgarem Legum pasſim receptarum peritiam; jam tum ſcilicet, iſthoc in campo ultra ætatis & ſodalium mores perquam egregiè es verſatus. Enimverò ut eximiis virtutibus & generoſo ſanguine, hoc etiam inſigni in Juris doctrina progreſſu mihi es aliiſq; bonis ac doctis longè acceptisſimus. Neq; dubito Deum porrò gratia ſua cœleſti aſpiraturum præclaris illis conatibus. Certè id Deum precor ego obſecroq;. Vale Helmſtadii in Acad. Jul. cIↄ.Iↄ.c. LXXXI. die v. Martij.

***

DUm Collreppiadum generis generoſa propago
Certamen ſcandens pulpita ſvave paras;
Dum patriæ docto producens Marte ſtatuta
Nympharum ſumis jura tuenda Tibi
Egregiè de virginibus, mihi crede, mereris
Præ reliquis lepidam dignus habere thoro.

Eximium eruditionis ſpecimen hiſce paucculis verſibus comprobare uti debuit ita & lubentiſſimè voluit.
Georgius Engelbrecht D. & Pand.
Prof. P. Ord.

***

WIe Edler Collrep daß dein Hand/
Die doch ſowohl den Degen führet
Anitzt die ſchlancke Feder rühret
Und ſtreitet in Parnaſſen-Land?

2.

Die ſieges Lorbern könten ſich
Sonſt leicht mit deinen Schläffen gatten:
Du nimſt vorlieb mit ihren Schatten
Der Muſen Hügel decken dich.

3.

Und warüm ſprichſtu für das Recht/
Das ſonderlich in Pomren haben
Der Edlen Jungfern Heyraths-Gaben?
Des weis dir Danck nur ihr Geſchlecht!

4.

Mir dücket faſt Zitherens Sohn
Hat dir den weichen Kiel geſchnitten:

Des Frauenzimmers holde Sitten
Beſtreiten dir die Lorber = Kroon.

5.

O nein! Dir iſt nicht unbewuſt
Worzu dich Ritter-Ehre bindet
Das hier die Erſte Stelle findet
Was trägt die auffgebalte Bruſt.

6.

Du ſtreits für ſie / auff dieſem Bladt:
Der Sieg iſt Dein / für ſolche Gaben
Muſt Du die Luſt aus ihnen haben
Den abgematten Geiſt zu laben/
Nach ſolcher edlen Ritter = That.

Hiermit beglückwünſchete ſeines wehrten Freun
des ruhmwürdige Beichaffenheiten
Günther Chriſtoph Schelhammer
Med. D. & P.P.

VIrginibus quales ſtatuat *Pomerania dotes*
Juraq; dum Patriæ voce ſtyloq; doces,
Ingenij quantas *dotes*, quantumq; talentum
Poſſideas, clare *Julia* noſtra videt.
Non Sat habes proavos generoſo ſtemmate natos
Enumerare, Tibi propria geſta placent.
Corporis atq; animi præclaras excolis artes
Et Sic Majorum eſt æmula vita Tibi.

Quem Genus & genius, fortunaq; proſpera dotat
Dotatus ſatis eſt omnibus ille modis.
Plaudit JULIADAE! COLREPPIUS omnibus unus
Prælucet Pomeris, plaudite JULIADAE!

Generoſo Nobiliſſimo Dn. de COLLREP ſuam de dotatione virginum Pomeranicarum eruditiſſimam Diſſertationem edenti & publico diſputationis conflictu egregie defendenti paucis hiſce gratulabatur

Melchior Smidius Acad. Jul. P.P. Ord.

SIc propriâ fas eſt virtute extendere famam,
Quà modo Majorum virtutis duxerit ardor.
Ingenio dignus labor iſte Tuo atq; paratos
Sic dudum meritos tibi Juris habebis honores.
Sit Tibi fauſtus honor, & quæ bona multa mereris,
Hæc claris auſis devotâ mente precamur!

Amico ſuo dilectiſſimo, gratulabat ergo appoſuit

Joh. Sigm. Sturm Berl. March.

SIc Te Muſa vehit ſtudiis ad Apollinis àras,
Ut Pindum ſcandas, Muſa dat auxilium.
Pegaſides æquant aditus, queîs pergere poſſis;
Ne ſitias fontem Pegaſus ipſè quatit.
Ergo avido ore bibas Generoſi ex fonte Caballi
Ut finire queas hanc Generoſe viam;
Ut Genus extollas ad ſumma cacumina Pindi
Adjiciatq; decus, Numen Apollo TIBI.

Ita Generoſ. Dn. Reſp. Fautori atq; amico ſumme colendo de egregio Eruditionis ſpecimine gratulari voluit debuit

Johann Gerhard Niebekker.

EIn himliſches Gemüth ſo Geiſt und Feuer hält
Vnd ihm nicht leichte läſt Verſtand und Augen binden
Weis tapffer was man ſonſt hoch hält zuüber winden
Vnd wird nicht dem Geblüth zum Diener leichtbeſtellt/
Erkieſet Tugendt nur/was Fürſten wolgefält
Iſt ſeine Luſt/ er weis in alles ſich zufinden
Sein Loth iſt der Verſtand damit kan Er ergründen
Was unerförſchlich ſchien und Tunckel vor der Weldt
Dein Leitſtern Hertzens-Freund/ führt dich zu ſolchen Dingen
Die Probe legſtu ab; bald wird was anders ſeyn
Daraus der tapffre Geiſt und deiner Tugend Schein
Erkandt wird deinen Ruhm biß an die Sterne zwingen.
Selbſt ſchon der Brennus-Heldt ſucht dich zu einer Stutzen/
Wol dir des edler Geiſt kan Landt und Leute ſchutzen.

Alſo bezeuget ſeine Schuldiglit ſeinem Hoch-wehrten H. Landsmann Tiſch und Stuben Cammeraden

Peter Chriſtoph von Somniz.

SIc age, doctrinam generi generoſior adde,
Et genus & proavos, & quæ Tu nunc agis ipſe
Junge ſimul: Muſæq; dabunt, quos quæris honores,
Collige nunc Pindi, quem ſcandis, dona ſecunde

Quas TIBI Pegaſides proponant ſuſcipe laudes
Frugiferamq; pluant TIBI cælica ſidera dotem.

Hac pauca in honorem Gener. Du. Reſpond. Fautoris atq; amici honoratiſſimi adſcribere voluit imo debuit
Henrich Richard Burchtorff.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO